


BIBLIA  
SACRA

Antea Montani  
Municipalia.

Tom. 7

IMP  
3  
028





C  
~~77~~  
A

IMP  
3  
28



P H A L E G,

S I V E,

D E G E N T I V M S E D I B V S

P R I M I S, O R B I S Q V E T E R R A E

S I T V, L I B E R,

B E N E D I C T O A R I A M O N T A N O

H I S P A L E N S I A V C T O R E.



A N T V E R P I Æ

Excudebat Christophorus Plantinus Prototypographus  
Regius, ad sacri Apparatus instructionem.

Anno. M. D. LXXII.

P H A L E G

S I V E

D E G E N T I V M S E D I B V S

T R I M I S O R B I S Q V E T E R R A E

S I T V L I B E R

B E N E D I C T O A R I A M O N T A N O

M I S S A L E N S I A V C T O R E



A N T V E R P I A E

F a c t u s e s t C h r i s t o p h o r u s P l a n c i u s P r o t o t y p o g r a p h u s

R e g i s t r a t u s e s t a d f a c i e m A p p o s t o l i c a m S e d i s

A n n o M . D . L X X I I

BENEDICTI ARIAE MONTANI  
 HISPALENSIS IN LIBRVM PHALEG,  
 SIVE DE GENTIVM SEDIBVS PRIMIS, ORBISQVE  
 TERRÆ SITV, AD LECTORES PRÆFATIO.

In qua de ea vtilitate, quæ ex sacrorum librorum lectione percipitur,  
 deque Geographiæ ratione, atque vsu differitur.



*VM* in eo studiorum genere, quibus studiis ætas puerilis ad humanitatem infor-  
 mari solet, ab initio versatus ætatis essem; tantum ipse, tum mea, tum magistrorum  
 diligentia, laboris, operæque ea in re posui, vt, breui, planeque adhuc adolescens  
 (tunc enim vigesimum ætatis annum agebam: ex eoque tempore ad hanc vsque  
 diem quinque ac viginti effluxerunt anni) hominum doctissimorum iudicio, ad gra-  
 uiora me studia conferre possem. Cùm autem ad eam, quam mihi natura tribuit, ani-  
 mi, ad Sacræ Theologiæ studia propensionem, accederent illa quoque, quæ quidem de  
 eius scientiæ præstantia, tum de meis parentibus, ac propinquis, non vulgari doctri-  
 na, ac pietate viris continuò audiebam, tum de iis etiam hominibus, quos ego homi-  
 nes studiorum magistros, temporibus illis, longè doctissimos habui: mirificè me  
 quadam eius scientiæ cupiditas incendit. Quocirca, cùm eius discende causa, totum me ad scholasticam (quam vocant)  
 Theologiæ palastram contulisset, ita eius scientiæ præceptis decursu studiorum spacio auctus sum, vt, eorum, quos dixi,  
 doctissimorum, piensissimorumque hominum sententia, libros sacros, adhibito iudicio, legere, peruolutareque possem. Cumque  
 in illis ipsis Academiis versarer, in quibus (vt dixi) in humaniorum (quas vocant) literarum studiis ætatem consum-  
 pseram, ex sacra Theologia, ad cuius studia animum applicueram, voluptatem capiebam propè singularem. Et quem-  
 admodum ij facere solent, qui, quod semel adamarunt, ad id, quam proximè possunt, accedunt: ita quoque ego, iis  
 omnibus libris, qui quidem ad eam, quam dixi, scientiam necessarij erant, conquisitis, à cætu hominum atque fre-  
 quentia, tanquam in portum me in solitudinem recepi. id, nimirum, mihi ipse persuaferam: quæ ars me, quoniam pa-  
 tæto ætatem inter homines innocentissimam agere, & ad Dei voluntatem, eamque, quam is in suis oraculis viuendi  
 normam hominibus præscripsit, vitæ meæ actiones conformare deberem, doceret, eam vt artem adipiscerer, summo  
 studio, maxima cura, tota animi contentione enitendum esse. Itaque in ea solitudine, ac rura tantum peragrans, vi-  
 xi aliquot annos, id est, dum id mihi per propinquos licuit ac necessarios. Hi enim cùm meo congressu, & colloquiis  
 (vt dicebant) diutius carere non possent, eosque incredibile teneret desiderium mei, tandem ex iis me locis, suis præ-  
 cibus, obtestationibusque eruerunt. Eam autem quæ illud tempus consecuta est, ætatis meæ partem, partim in nouis  
 peregrinationibus (quarum ab incunte ætate fui studiosus) partim in ministerio, familiaque regis mei, pro eius mu-  
 neris ratione, quo ego munere, quæ ipsius in me liberalitas est, ac benevolentia, apud eum fungor, consumpsi. Ita ta-  
 men, vt, quas horas, quosque dies, occupationibus meis detrahere poteram, eos, iis, ad quæ me referebam, Theolo-  
 giæ studiis, quibus quidem nihil vnquam mihi fuit optatius, integros transigerem. Equidem in ea sum sententia, vt,  
 totum illud tempus, quod quidem à me eo in studij genere non ponitur, perire mihi existimem. Sacratissima enim  
 hac scientia nihil iucundius, nihil præstantius, nihil denique optabilius esse potest, ac debet. hæc enim eos omnes ho-  
 mines, qui, quo numine ac spiritu Apostoli, eodem ipsi nondum sunt afflati, erudit, & ad veram eternæ beatitudi-  
 nis cognitionem conducit: hæc quo modo vita humana ad præscriptum diuinæ voluntatis sit conformanda, sola homi-  
 nes docere potest: hæc vna sacris suis libris omnes omnium, quotquot sunt, artium ac scientiarum thesauros complecti-  
 tur: nullumque animum discendi cupidum cibus suis explere, abundeque delectare non potest: summus enim ille opi-  
 fex, ædificatorque mundi Deus, qua ratione hunc terrarum orbem ab se, hominum causa, conditum esse, iis in libris,  
 testatus est, eadem quoque omnes thesauros eius scientiæ, ac sapientiæ, quæ quidem ab hominibus percipi potest, tam  
 eius, quæ ad naturæ cognitionem, quam quæ ad artium hominum generi necessariorum inuestigationem pertinet, in iis  
 explicuit. Quæ verò argumenta à summis, grauissimisque Philosophis, in diuersis artium, scientiarumque generibus,  
 acutè, subtiliterque tractata sunt, ea, hisce in libris eò traduntur illustrius, quò is qui ea dictauit, id est, Deus ipse  
 maiore est auctoritate: quam quiuis alius. Equidem, ipse pro exiguis ingenij mei viribus, ex longa, attentaque  
 sacrorum librorum lectione, infinita propè, & animaduerti, & collegi; quæ si mihi cum iis, quos in Hispa-  
 niis, Italia, Gallia, atque in hac regione, doctrinæ, pietatèque præstantes amicos habeo, omni alia cura exsolutis,  
 communicare liceret; mihi non est dubium, quin septem aut octo annorum spacio ea in omni artium, ac disciplinarum  
 genere volumina, è sacris tantum ducta fontibus, conscribi possint, quæ illis ipsis, quæ à Græcis, Latinisque  
 olim conscripta fuerunt, æquare se aut etiam anteponeere possent. Atque huius quidem rei breuia aliquot exempla  
 in iis, quos superiori anno, in duodecim Prophetas conscripsimus, Commentarius, tum in eo libro, quem Ioseph,  
 siue de Arcano sermone inscripsimus, à nobis allata sunt, ac plura etiam posthac, fauente Deo, adducentur. Qua-  
 rum in rerum numero vnum genus est eorum, quæ ad sacram pertinent Geographiam: (atque hæc fortassis,  
 expectari minus poterant) quo quidem in argumento, quantum nos lucis, iis qui illius artis studiis sunt dediti, ex  
 sacra scriptura thesauro attulerimus, aliorum sit iudicium. Equidem plus mihi hisce in libris, quam apud quemuis  
 alium ex antiquis Scriptoribus, profecisse videor. Quis enim vnquam ante a de vera terræ, marisque forma, eaque  
 qua se



PERV  
regio.

qua se mutuo contingunt, connexione, adeo certa, quaeque ita cum illis, quae quidem à recentioribus obseruata sunt nauigantibus, conueniant, literarum commendauit monumentis, atque ea quae in sacris traduntur libris? Quae uero de caelo ipso, calor, ac syderum motu, de toto illo, quod inter caelum atque terram est, spacio, (quod Hebraicè רקיע dicitur) uentis, pluuiis, grandine, de omni denique, earum rerum natura, quae res, tum in sublimi, atque excelsa aëris parte, tum in terra procreantur, quis unquam ita subtiliter differuit, ut, quae ab eo sunt tradita, cum iis quae ex sacris possunt depromi libris, conferri aliqua ex parte queant? Enim uero nullam philosophandi rationem tutiorem, iucundioremque homines sequi possunt, illa, quae ab eius petitur auctoritate, qui earum omnium artium, ac scientiarum, de quibus agitur, est auctor. Sed ut haec missa faciamus, & in aliud tempus differamus, illud non est praeterendum, amplissimam illam orbis terrarum partem, quae quidem auro, argento, gemmis, aliisque multis, quae ab hominibus maximi sunt, quaeque ad uitam sunt necessariae, mirandum in modum abundat, quae nuper ab Hispanis nauigantibus primum inuenta esse creditur, nouisque orbis appellatur, ex ea, quae in sacris traditur libris, terrarum orbis descriptione, apertissime cognosci posse. Quinimo & illud ex sacra Scriptura docere possumus, eam terram Israëlitis fuisse notissimam: illos enim ad eam sepius nauigatione contendisse constat. Sanè neq. Strabo, aut Mela, Stephanus, Solinus, Ptolemaeus, & alij, aut Plato & Aristoteles, qui quidem obscure, ac ueluti per aenigmata, de iis, quae sibi ignota erant, differuerunt: aut poëta illi, qui, ne quid ignorare uiderentur, nihil fabulis non aspergebant suis: nullus denique ex Graecis, Latinisue Scriptoribus, quorum scripta ad nostram usque peruenerunt etatem, aliquid edidit, quod si, quale tandem id sit, diligenter examinetur, comparari possit cum iis, quae Moses de terra Ophir apertissime scripsit, uel quae Ionathan Propheta, eius, quae est de Regibus Iudae, scriptor historiae, copiose & exactè tradidit: aut cum iis, quae ab eo qui Paralipomena Spiritu sancto dictante scripsit, disertis sunt descripta uerbis. Is enim non solum de classe à Salomone apud Tyrum aedificata, atque in eo maris rubri portu, qui Gassion Gaber dicitur, instructa, Orientemque uersus deducta, deque nauigationis tempore & mora, de rebus inde atque ex illis insulis, continente, eiusque terra littoribus, quae nauigantes praeterlegebant, in alias regiones allatis, mentionem exactam facit: uerum etiam terram illam, ex qua tanta optimi auri copia eliceretur, & ad alias gentes asportaretur, eam, inquam, terram, iam tum פרוים Paruaim appellatam esse, aperte docet. quae quidem dictio, iis qui uel tantum Hebraicè sciunt legere, duas regiones, olim Peru dictas, clare demonstrat: unam quidem, quae eodem uocabulo, hodierno etiam die Peru dicitur: alteram uero, quae noua Hispania à nauigantibus est appellata. Eius autem regionis aurum purissimum, atque in maximo pretio apud omnes gentes fuisse constat. Atque Interpres quidem, uel ob ignotam sibi regionem, uel potius in eius, quod illa regio exhibebat, auri laudem, cum in Hebraeo ita scriptum legatur, וְהָיָה זָהָב פְּרוֹיִם .i. Et aurum illud, aurum PERV, & PERV, nam פרוים in numero duali פרוים dicitur: ille, inquam, conuertit, Et aurum erat probatissimum. Quocirca quicquid auri inter alias Gentes, praesens illis seculis in usu fuit, id ferè totum ex illius terra caernis elicitum esse existimamus. Neq. enim aut Tagus, aut Pactolus, et Hermus, aut alia olim celeberrima flumina, quorum unda aurum secum simul trahere dicitur, tantam eius copiam hominibus suppeditare potuerunt, quantam olim ab iis qui hostes debellarat, nouisque Romano imperio prouincias adiecerant, & illorum quaestoribus Romam aduectam fuisse legimus. quippe quae olim illorum fluuiorum natura fuit, eandem hodierno die esse constat. exiguam sanè suorum laborum mercedem, eamque, quae interdum intermittitur, recipere solent ij, qui auro iis in fluuiis quaeritudo, & ab iis, quibus annexum est, sordibus secernendo, multum temporis operaeque consumunt. Quae quidem ex re fit, ut maximam illam auri copiam, ex terra Ophir ad Indos Orientales, ad Sinarum Gentem, ad Aethiops, & ad alias regiones, quae illis magis sunt propinqua, eosque populos, qui sunt ad Occidentem, & armorum vi, longaque commerciorum consuetudine perlatam esse constanter asseramus. At uero, ne quisquam temerè nos in ea sententia esse putet: apud sacros Scriptores, quotiescunque de rerum pretiosissimarum comparatione agitur, frequens illius auri, quod ea ex terra allatum est, mentio fit: quae sanè, nisi illud aurum temporibus illis in usu apud omnes homines maximè fuisset, facta non esset. Neque enim solum à Dauide, Salomone, Isaia, & eius libri, qui Ecclesiasticus dicitur, Scriptor, qui quidem omnes fuerunt Israelitae: sed ante illorum secula, à Iob quoque Armenio homine, aurum Ophir commemoratur. Sinarum quoque regionis meminit Ieremias. Atque hanc quidem ueteres, cum multo magis sibi esset uicina, quam terra Ophir, uix tamen nominauerunt. Et si uero ad eam nostri homines nauigatione contenderunt, ab iis tamen perustrata non est. eam ob earum rerum, quae ibi magno fiunt artificio, admirabilem elegantiam, quaeque inde ad nos afferuntur, non satis omnes mirari, ac laudibus celebrare possunt. Denique ceteras omnes orbis terrarum partes, quae quidem ab uno mari, ad alterum usque protendantur, nulli unquam Scriptores tam aperte atque distinctè, neque tam certa serie, ac singulorum nominum diligenti annotatione demonstrarunt, atque unus Moses, qui ea disertè, ac uerè, literarum consecrauit monumentis. Erat nuper apud me uir longè doctissimus, AVGVSTINVS HVNNAEVS, qui regis stipendius in celeberrimo Louaniensi Gymnasio Theologiam docet, is, inquam, cum hosce de sacra Geographia Commentarios conscriberem, ea quae de terra, marisque situ iam scripseram, legeret, eas res adeo disertè ac manifestè sacris contineri libris summopere mirabatur: ac potissimum eo in argumento, de quo antiqui Geographi cum scripserunt, atque ea quae aut ipsi uiderant, aut ab aliis audierant, memoria prodiderunt, omnia fabulis, ac falsis descriptionibus corruperunt, atque hac ratione ueritatem tenebris obuoluerunt. Atque is quidem praclarissimus uir, hoc, quod ei fuit ualde gratum, à nobis responsum tulit: Eandem, scilicet huiusce rei, atque amplissima, magnificentissimaque domus esse rationem. qui enim eam in domum, bis, terue introierit, aut etiam qui continuo in ea habitet, non ita totius eius aedificij formam perspectam habere potest, atque Architectus ipse, qui omnem eius aedificationis rationem, eiusque partes singillatim ab imis fundamentis usque ad tectum probe tenet. Itaque cum Deus mundi huius sit aedificator, suoque uerbo admirabilem hanc naturam, rerumque omnium fabricam condiderit, quae caeli ambitu complexa, mundus appellatur, cuius quidem in suprema parte ipse habitat, infimam uero hominibus incolendam concessit, is, inquam, omnes illius partes, quae incoluntur, quaeque non exactè

non exactè describere atque demonstrare solus potest. id quod ab eo sacris in libris abundè est præstitum. Inter ea autem omnia, quæ quidem sciri cognoscique ab hominibus possunt, orbis terrarum, eiusque partium descriptio, quam vocant Geographiam, ob singularem ipsius utilitatem, eamque, quam obtinet, dignitatem non in postremis haberi debet: præsertim verò cum ad eam animus per se quodammodo alliciatur. Id quod ex eo, quod, quamplures excellenti homines ingenio, singulari quodam eius artis studio, nullis parcentes laboribus, maximam orbis terrarum partem peragrarunt, intelligi potest. Accedit etiam, quòd cum hæc terra à Deo immortalis eam potissimùm ob causam sit condita, ut ea hominum sit domicilium: eam, si propter vitæ breuitatem, aut humanam imbecillitatem corpore peragrarè non possumus, saltem propter eius pulchritudinem, admirabilem elegantiam, creatorisque dignitatem, animo, mentèque inuisamus & complectamur. Pleraque sunt alia, ob quæ, huius orbis descriptionem necessariò ab hominibus cognosci oportere existimemus. Illud enim in primis maximam est admiratione dignum, ex tribus tantùm familiis hominum genus adeò esse propagatum, easque familias in tantam hominùm multitudinem excreuisse, ut nullus in terris locus, qui modò labore & industria coli possit, hominibus vacuus reperiatur. Videmus præterea singulorum commoda locorum non illorum tantùm contineri finibus: sed ea ad omnes alias nationes rerum permutatione, emanare. adeò ut hæc, quæ auri ferax est, regio, illud ceteris, quæ quidè illo carent, impertiat: illa, vestes, easque, ex quibus ea conficiuntur, res aliis abundè suppeditet: alia verò earum rerum, quæ res ad hominum vitam sunt necessaria, quæque, idèò à Deo sunt conditæ, ut ipsi homines, grato erga ipsum animo utantur, quibus abundat, cum aliis comunicet. Quid quod illa humani generis societas, vel vnica ea ex re demonstrari potest, quòd homines ab vno rerum omnium conditore creatos, ex vno omnium hominum parente Adamo, ex vnoque Seth, atque adeò ex vno Noe, tribusque eius viri familiis simul cum ipso ab immensa illa aquarum multitudine in arca seruatis, quæque in tot populos, ac gentes, maximo locorum, regionumque interuallo inter se distantes, diductæ sunt, eos, inquam, homines vna generis cõmunitas coniungit, vna omnium natura eos inter se facillè conciliat? Et si verò singularum nationum diuersa fuerunt instituta, diuersa linguarum genera, diuersi antea religionis cultus, attamen vno omnes animo esse debere, atque adeò in vnum corpus coire posse videntur. Neque verò maiori cum difficultate, quinimò multò aptius, ac promptius ij qui per Christum regenerati fuerint, in vnus Catholica Ecclesie communionem conuenire possunt, quam olim hominum genus ex vno cõmuni omnium terreno parente procreatum in vnã societatem copulari poterat. Nullum verò iam impedimentum, nullæ tanta potest esse difficultas, quæ, quominus Euangelium (cuius propagatione hæc, de qua loquimur, concordia, atque societas iniri debet) ad exterarum, longinquarumque nationes perferatur, efficere possit: idque potissimùm cum nulla penitus in toto terrarum orbe regio sit, quam eius incolæ quondam occuparunt, ad quam quidem ij, qui ad eam rem legati fuerint, contendere, ac peruenire non possint: præsertim cum id eò maiore animorum coniunctione, rerumque omnium commo-  
ditate, ac maiore facilitate fiat, quòd ij qui diuino spiritu ducuntur, iis antecellunt, qui, quòd mutuis inter se discordiis, linguarum dissimilitudine, animorumque dissensionibus laborabant, in diuersa atque inculta loca, alij ab aliis recedere coacti sunt. Huiusmodi enim homines ipsa discordia diuersos agebat, eos itinerum, atque locorum pericula anxios, sollicitosque habebat, ac sepius ab incepto retardabat opere, eos rerum necessariarum, quas sibi nondum comparauerant, inopia premebat, eos humana fragilitas, ac labor defatigabat. Quibus verò Deus salutis nuntium, vel ad eos homines, qui remotissimas orbis terrarum partes incolant, perferendum credidit, iis quid potest esse impedimento, quominus commissum sibi munus, alacri, promptoque curent animo? quid est, quominus ad vltimas gentes ac terras, quæ non solum ex nouis orbis terrarum descriptionibus, verum etiam ex sacris literis multò luculentius cognosci possunt, peruadant, impedire eos possit? num pericula? at, cum spiritu Dei sint repleti, ea nullo modo per-  
tumescent, num serpentes? at eos ipsi pede comprimunt, ac manibus illesi tractant. num leones? at hos in fugam conuertunt. num venena? at si venenatas potiones biberint, nihil tamen grauius patiuntur. num linguarum sermonisque diuersitas? at linguis, cum opus est, loquuntur omnibus. Morbos verò tantùm abest ut timeant, ut potius ij qui aduersa valetudine afficiuntur, simulatque sibi à sanctis hisce viris manus impositæ sunt, conualescant. à quibus nec bellum us gentibus quas adierint inferendum, sed diuina pax afferenda est, & summa prosperitas: adeò ut quas tandem ad terras proficiantur, illud audiant: Quam pulchri sunt super montes pedes annuntiantis, & prædicantis pacem, annuntiantis bonum, & prædicantis salutem! Neque verò iis qui antiquitatis certa ratione cognoscen-  
da studio tenentur, Geographia cognitio gratissima ac incundissima esse non potest: ex ea etenim conici facile potest, quanam olim natio, cuius in amicitia, societateque permanferit: contra verò quanam & cuiam insensa fuerit & inimica: quos inter populos eadem iura, eadem fœdera, eademque viuendi ratio communis fuerit. hinc etiam simultatum, iniuriarum, bellorumque causæ minore certè labore, maiore verò fide, multoque certius, quam ex quouis alio scriptore cognosci possunt. Quædam enim gentes quodam velati hereditario odio, atque discordiis inter se laborarunt: alie verò perpetuò veluti quodam societatis iure semper fuerunt coniunctæ. Atque hæc quidem seu odia, & inimicitias, siue fœdera, ac societates, verisimile est ex grani aliqua causa originem duxisse, quæ postea temporis progressu, non paruis de causis inter illas ipsas gentes, ac populos conseruata sunt, quorum ipsi initia demonstrare non potuerunt. Quæ tamen necessariò ex ijs principiis atque causis, quas nos ex sacrorum librorum lectione obseruauimus, emanasse fatendum est. Legimus enim Cananaeos, Aegyptios, Ethiopas, Libyos, & Afros raro inter se bellum gessisse: sæpeque suas copias, vel ad aggrediendos, vel hostes à finibus arcendos coniunxisse. Neque etiam nos præterit, Assyrios hisce gentibus hostes fuisse insensissimos: atque Hebræos tum Assyriis, tum iis, quas commemorauimus, nationibus perpetuò vel inuisos, aut saltem suspectos fuisse. annon hæc omnia, Cham atque Sem, qui primi illarum gentium fuerunt auctores, diuersum indicant ingenium, quod quidem in eorum altum familiis postea ad posteros emanauit? Illam verò Scytharum & Aegyptiorum veterem de antiquitate contentionem, quibus nam ex causis emanasse credendum est, præterquam ex illa inimicitia, quæ in tabernaculo Noe est orta, post impium illud flagitium Cham, qui, quas corporis partes patris sui tegere debuit, eas, per summum scelus, prodidit? Porro  
A 3 quod

quod Græci, atque Latini à Iapheth pio in patrem filio genus ducunt, id est in causa, quamobrem ij & in rerum omnium natura cognoscenda, & philosophia studiis excolendis, atque, id quod maximum est, in eloquentia excelluerint, multoque præclarior ipsorum quam aliarum gentium conditio in hoc genere fuerit. illi enim pater, utpote pientissimo filio pulchritudinem, elegantiam, atque decus in benedictione promisit. In nostris iis, quos in Prophetas edidimus, commentariis, ex antiquarum historiarum cum libris sacris collatione, ostendebamus Egyptios, Chanaanos, & Ethiopas inter ceteras omnes nationes iam inde à priscis illis seculis ad nostram vsq. atate seruituti apud alias Gentes maximè fuisse obnoxios. Id quod sine dubio, ex illa patris sententia manat: Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis. Infinita propè alia sunt quæ ad mores, ritus, religionesque Gentium, ad publicarum, ac priuatarum rerum administrationem, ad belli, pacisque rationes, ad commerciorum usum, ad omnem denique vitæ consuetudinem, mores, atq. aded ad ipsam vestimentorum rationem referuntur, quorum cognitio si ex sacra petatur Geographia, non est dubium quin illa perfectam quandam atque absolutam harum omnium rerum scientiam sit exhibitura. ex eaque non parum accedet lucis ad eorum omnium intelligentiam, quæ tum in sacris, tum in prophanis leguntur libris. at verò absque ea non pauca, alioqui difficillima & obscurissima, etiam diligentissimum Lectorem retardabunt. Nullum denique vel disciplina, vel artis genus est, quod non Geographia cognitione inuetur, atque excolatur. hanc imprimis Philosophi omnes, qui quidem rerum naturas inquirunt, rerumque causas indagant, ac perscrutantur, adhibeant, necesse est, cum infinita propè rerum multitudo, atque varietas tum in ipsis terris, tum etiam in mari contineatur. Eos etiam qui in ea Philosophia parte versantur, quæ de moribus est, Geographia opus habere constat, ut varia ac diuersa hominum ingenia ac studia, & quid cuique genti, pro locorum ratione conueniat, statuere possint. Hac medici, quam qui maxime, tam ad medicamentorum, tum ad corporum varietatem ex locorum diuersitate obseruandam, hac mercatores, hac nauta indigent. Hanc si è re militari demas, tota illius discipline peritia constare nullo pacto poterit. Porro qui studiis sacrarum literarum sunt dediti, quique in sacris libris nullum Dei verbum otiosum esse credunt, nullum non scitu dignissimum in iis agnoscunt, ij, inquam, si terrarum situs, maris ambitus, fluminum cursus, gentium mores, atque hominum ingenia, qualia sint, ignorent, multa quoque eos in sacrarum librorum lectione latere necesse erit. Frequens enim sacris in literis harum mundi partium mentio fit, quæ ei, quo de agitur, argumento est accommodatissima. Id quod cum Moses diuino spiritu afflatus animaduertit, omnem hanc, quam dicimus, Geographiæ tractationem, breuissima illa quidem, attamen certissima descriptione complexus est. Is enim eos homines, qui primi terram coluerunt, quorum nomina atque seriem posteriora secula, rerumque vicissitudines, ac mutationes vel perturbarunt, vel corruperunt, suismet, ac propriis adscripsit locis. Cuius descriptionem Prophetæ omnes, ac reliqui sacri Scriptores, qui post illum extiterunt, sunt secuti, eamque sanctam conseruauerunt & integram. aded ut, quamuis ipsi regionum, vel incolarum nomina post multa secula immutata inuenerint, eadem tamen illa antiquissima vsurpauerint. quod quidem nisi ab ipsis obseruatum fuisset, quod de gentium origine, ex aliis Scriptoribus cognoscere possemus, esset plane nihil. Quare quicquid tum in hoc argumento, tum in ceteris etiam omnibus, veri atque certi sciri à nobis potest, id, inquam, omne sacris potissimum literis, ceu fonti cuidam perenni, à quo omnia hæc hauriuntur, atque aded ipsi Deo acceptum referri debet. Itaque nos, qui, quicquid otij nobis conceditur, id omne in sacra Scriptura studiis libenter consumimus, non putauimus committendum, quominus hac quoque in re, pro exiguis ingenij nostri viribus, operæ aliquid poneremus. Illa quidem, fateor, breuis est, sed tamen ut speramus, ea quæ Lectoribus nec inutilis erit, neque inuicunda: etsi propter ea, quæ in sese continet, Gentium, locorumque nomina, quæ à Latina lingua abhorrent, neque magnū dicendi artificium, neq. verborum ornatū admittit. Pro eo autem, hoc Lectoribus satis esse debebit, siquidem veritas, (id quod in omnibus disciplinis obtinere debet) sermonis elegantia est anteponenda, ea, quæ hic traduntur, eo, quo scribuntur, modo, neque omnino alio esse intelligenda. Porro in huius argumenti tractatione, ipsum potius scriptorem, quam commentatorem (quem vocant) legimus, perindeque ac si ipsi omnium mortalium primi, terrarum orbe peragrato, eiusque situ, atque forma diligenter obseruata, quæ vidissemus, & obseruasset, ea literarum monumentis mandarem. Eorum sanè omnium, quæ hic à nobis afferuntur, nihil ex sacra Scriptura fontibus non est ductum: eius rei sacra Scriptura loca, in libri margine descripta, fidem cuius facient. quibus quidem ex locis, ea poterunt depromi, quæ si tantum adnotata scribantur (si cui ei rei operam dare non pigebit) integer in nostrum hunc libellum Commentarius, absque magno negotio, cõficietur. Nobis autem Deus tantum aliquando temporis, facultatisque concedet, (id quod speramus, eumque supplices oramus) ut hæc quæ nunc primum in conspectum damus hominum, & polire, amplificareque possimus. Interim verò nostris hisce laboribus, quos ad sacrarum librorum explicationem non parum adiumenti allaturos esse confidimus, Christianus Lector, cui, quoniam in communem omnium studiosorum utilitatem simus animo, exploratum esse cupimus, nobiscum fructur. Præterea doctos, ac pios quosque homines obtestamur, atque obsecramus, ut, quo tandem in argumento, ex iis omnibus, quæ à nobis sunt tractata, nostram operam, vel adiuuare, ac promouere, vel etiam superare ingenio poterunt & industria, communis omnium studiosorum utilitatis, vineaque Domini excolende gratia, id, quidquid erit, oneris suscipiant, neque ea in re labori vnquam parcant. Omnes enim absque vlla contentione, pro ratione talenti vnicique crediti, in communem causam ea afferre debemus, quæ Christianæ sint profutura Ecclesiæ. Vtinam verè omnes prophetent, utinam omnes non sua, sed quæ sunt Christi, quæque ad Ecclesiæ adificationem pertinent, querant. Gratia & pax omnibus in Spiritu sancto. Datum Antuerpiæ Cal. Martij. Anno M. D. LXXII.

# BENEDICTI ARIAE MONTANI

HISPALENSIS PHALEGH, SIVE, DE

GENTIUM REGIONIBVS; LIBER VNICVS.



**P**RINCIPIO locum esse accepimus rerum omnium que vsquam extant capacem, eundem vero duabus naturis constantem duplici describi etiam ratione, alterum immensum infinitum, ab omni corporali societate aut occupatione distinctum,

sui ipsius compotem, seque ipso plenum, & cetera omnia nulla occupatione sui continentem, atque virtute, efficacitateque permeantem, rotundum ac simplicem, omni tamen circumferentia carentem, centro autem ubique notabili, quem æternum neque factum neque auctum, neque minuendum vnquam sua ipsius natura utpote infinita docet. eundem intrà, idemque extrà, totum antè, totum retro, totum sursum, totum deorsum, qui cum nullo propter naturæ ac virtutis infinitam magnitudinem certo nomine dici à nobis possit, ex oportuno magis sermonis vsu virtus diuina, siue facies, siue præsentia, & manus, efficacitasque Dei appellatur. s. s. e. Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in cælum, tu illic es; & si descendero in infernum, ades. Si sumptero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris; etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Atque ex hac ratione effectum est, ut inter alia plurima nomina, quibus Deus Hebraicè appellatur, עֵלֹהִים אֱלֹהִים etiam, id est locus, recensatur.

Est alter præterea ex superioris virtute & efficacitate constans locus, certis magnitudinis terminis cohibitus, qui sese cunctaque intra se posita vno ambitu continens amplectitur, quod Græco nomine *παν*, Latino *totum* dicimus, sicut scriptum est: Hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. Atque hic locus nec æternus, nec immensus est, nec auctore caret, nec sine etià est cariturus, in cuius superficie extrema quidquid continetur, mundus siue cælum & terra appellatur, s. s. e. In principio creauit Deus cælum & terram. vnà enim cum cælo, & terra horum etiam continens locus extitit. Hic autem quanquam vnus est, partibus tamen differt præcipuè duabus, quarum altera *super calos*, altera verò, *intra calos*, dicitur: alius verbis *in excelsis*, & *de calis* vocantur, s. s. e. Benedicite aquæ omnes quæ super calos sunt Domino, & Laudate Dominum de calis, laudate eum in excelsis. In hoc autem loco, id quod mundum dicimus, est duobus præcipuè naturæ generibus constans, cælo & terra, s. s. e. In principio creauit Deus cælum & terram.

At verò ut terræ nomine, maria etiam, flumina, fontes & quidquid inferius est, indicatur, ita cælorum etiam vocabulo, leuiora queque corpora aut sublimiorem sortita locum demonstrantur, s. s. e. Cælum ego impleo, & terra scabellum pedum meorum est. & Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius. Ad hoc superior pars cælum & cæli cælorum; inferior verò omnis in vniuersum abyssus & terra dicitur, s. s. e. Ecce cælum & cæli cælorum, abyssus & vniuersa terra, & quæ in eis sunt, in conspectu eius commouebuntur.

Constat autem vniuersus hic mundus, Deo auctore in tempore factus, ita ut simul cum tempore ipse extiterit nulla antè materia, sed solo verbo Dei omnia producente, inani prius in aquas formato & ex aquis calo efficto, deinde terra crassiorum partium coagmentatione coacta, ac tandem ab aquis discreta & producta, eiusdem verbi virtute in se ipsa residens, nullo alio

præterea fundamento innixa, s. s. e. Latet enim eos hoc volentes quod cæli erant prius, & terra, de aqua & per aquam consistens Dei verbo. & Qui extendit Aquilonem super vacuum, & appendit terram super nihilum.

Itaque ex superiore atque inferiore corporum, partiumque natura, eademque generibus, & nominibus varia mundus constat, magnam aliis atque aliis partibus pugnam, varietatem atque discrepantiam cum summa totius concordia, pulchritudine, atque producendarum commoditate rerum continens, summum & sapientissimum conditorem testatus, eundemque prudentissimum gubernatorem professus, s. s. e. Et erit in die illa, exaudiam, dicit Dominus, exaudiam calos, & illi exaudient terram, & terra exaudiet triticum, & vinum, & oleum, & hæc exaudient Iezraghel. Et rursum, Facientem Arcturum & Orionem, & conuertentem in mane tenebras, & diem in noctem mutantem: qui vocat aquas maris, & effudit eas super faciem terræ. & Qui facit terram in fortitudine sua, præparat orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cælos: ad vocem suam dat multitudinem aquarum in cælo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ: Fulgura in pluuiam facit, & educit ventos de thesauris suis. Qui ædificat in cælo ascensionem suam, & fasciculum suum super terram fundauit: Qui vocat aquas maris, & effudit eas super faciem terræ.

Est autem mundi totius rotunda & spherica communicatione virtutis erga terram, atque inferiores partes oportuna figura, s. s. e. Qui sedet super gyrum terræ, & habitatores eius sunt quasi locustæ. Qui extendit velut nihilum cælos, & expandit eos sicut tabernaculum ad habitandum. Quod enim Latine vertimus Gyrum, Hebraicè *הוה* est: quod proprie circumlum vel spheram interpretamur; quippe à *הוה*, nomen *מהוה* deducitur, quod Latine circumnum significat.

Neque verò æternus mundus est, sed temporis initio vnà cum tempore ipso conditus, & pro Dei ipsius consilio & voluntate mutandus, s. s. e. Hæc dicit Dominus creans calos & formans terram, & quæ germinant ex ea. & Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt, tu autem permanes; & omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur. & Qui fecit calos in intellectu, & firmavit terram super aqua, & fecit luminaria magna, Solem in potestatem diei, & Lunam & stellas in potestatem noctis.

Altissima autem mundi partes cæli sunt, ultra quas aquæ inesse creduntur his quæ intra orbem sunt aquis raritate, perspicuitate & omni naturæ parte, magno discrimine excellentes, s. s. e. Quia magna est super calos misericordia tua: Hoc enim cælum altissimum esse ostenditur, quo diuinæ misericordiæ infinitudine superatur. Et dixit Deus, Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Est autem firmamentum quidquid à terræ & aquæ superficie vsque ad supremi cæli summa constant, quod aliis nominibus cæli & cæli cælorum dicitur. Et rursum scriptum est, Benedicite aquæ omnes quæ super calos sunt Domino.

Neque verò semel conditus mundus casu agi permixtus est, sed presenti ac perpetuo Dei consilio gubernatus, iisdem quibus incepit, legibus perseverat, nunquam vel omnino hæctenus perturbato ordine, nisi semel tantum diluuij tempestate, idque ex diuini con-

filij & iudicij sententia, deinde rursus continuata serie vsque ad finem ipsum temporum rerumque omnium rationem integram obseruaturus, nunquam hactenus vel motu deficiens, aut lassus, vel vsu detritus, quamquam quasdam partium vicissitudines passus; tamen totus ipse sine sui detrimento conseruatus, idque Deo perpetuo agente & gubernante, obtinet, sicut de his omnibus rationibus diuersis in locis scriptum legimus. Etenim firmavit orbem terræ qui non commouebitur. *Psal. 92. 3.* Parata sedes tua ex tunc, à sæculo tu es. Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem suam: Eleuauerunt flumina fluctus suos à vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. & Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum. Qui tenet vultum folij sui, & expandit super illum nebulam suam. Terminum circumdedit aquis vsque dum finiatur lux & tenebræ: Columnæ cæli contremiscunt & pauent ad ritum eius. *2 Paral. 6. 27.* & Si clauso cælo pluuia non fluxerit propter peccata populi, & deprecati fuerint te in loco isto, & confessi nomini tuo, & conuersi à peccatis suis, &c. subiungitur tandem, Da pluuiam terræ quam dedisti populo tuo ad possidendum. Et rursus etiam scriptum est. Quia sicut cæli noui & terra noua, quæ ego facio stare coram me, dicit Dominus; sic stabit semen vestrum & nomen vestrum. & Non igitur percutiam omnem animam viuentem sicut feci, cunctis diebus terræ sementis & messis, frigus & æstus, æstas & hiems, nox & dies non requiescent. & Hæc dicit Dominus, Si irritum fieri potest pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, vt non sit dies & nox in tempore suo. & Potestas & terror apud eum est, qui facit concordiam in sublimibus suis. Quamquam verò mundus omnis integer, incorruptus, immutatusque permaneat; iustis tamen de causis nonnullæ in eo partes miraculo à Deo edito mutantur, s. s. e. Posuit flumina in deserto, exitus aquarum in sitim: terram fructiferam in saltuginem à malitia habitantium in ea. Posuit desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua in exitus aquarum. *Iob. 12. 15.* & Si continuerit aquas, omnia siccabuntur; & si emisserit eas, subuertet terram.

Mundi verò condendi duplicem causam fuisse legitimus: alteram vsus, alteram verò euentus definit. Vfus enim fuit homini vt orbis principi gratis constituto destinatus: Euentus verò Dei ipsius conditoris laus, gloria, & honor summo iure consecuta. s. s. e. Dicit Dominus Deus exercituum, extendens cælum & formans terram, & ponens spiritum hominis in eo. & Cælum cæli Domino, terram autem dedit filiis hominum. Horum enim hominum felicitas & beatitas omnis in Dei laudem & honorem euadat oportet, s. s. e. Et omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creauit eum, formauit eum, & feci eum. Atque mundus omnis (vt diximus) perpetuis legibus ad finem vsque ipsius à Deo conseruatur & fouetur, Qui cultodit veritatem in sæculum.

Sunt verò tres in vniuersum maximæ mundi partes, cælum atque id omne cui expansionis firmamenti que nomen indidimus, terra & mare; in quibus cælum pulchritudine, & altitudine hominibus ignota præstat, s. s. e. Suspice cælum & intueri, & cõtèmplare athera quòd altior te sit. Et forsitan vestigia Dei comprehendens, & vsque ad perfectum omnipotentem reperies. Excelsior cælo est, & quid facies ei? & Spiritus eius ornauit cælos. *Iob. 35. 5.* *Iob. 26. 14.*

## DE TERRA.

## CAP. II.

**M**VNDI totius infimum ac medium locum ex diuini verbi decreto terra simul cum mari formata est, ita vt ex vtroque globus integer sit constitutus, atque in ipsa orbis conditione primum terra aquis ob-

uoluta iussu Dei repente extitit, sedemque immotam occupauit, s. s. e. Qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in sæculum sæculi. abyssus sicut vestimentum, amictus eius; super montes stabant aquæ. Ab increpatione tua fugient, à voce tonitru tui formidabunt. Ascendunt montes & descendunt campi in locum quæ fundasti eis. & Quoniam secundum altitudinem cæli à terra, corroborauit misericordiam suam super timentes se. Hæc vt contineatur, velut corporis ossa fulcimentum, montes firmissimam totius orbis & immobilissimam partem habet, s. s. e. Audient montes iudicium Domini, & fortia fundamenta terræ. & Cómota est & contremuit terra, fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt. & Quia in manu eius sunt fines terræ, & altitudines montium ipsius sunt. & Commoueat e facie eius omnis terra; ipse enim fundauit orbem immobilem: ipse super maria fundauit eam, & super flumina præparauit eam. & Tui sunt cæli, & tua est terra, orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti. *Psal. 103.* *Psal. 102. 11.* *Mich. 6. 2.* *Psal. 117. 7.* *Psal. 104. 4.* *2 Paral. 16. 30.* *Psal. 22. 2.* *Psal. 88. 12.*

Atque terra ipsa à Deo ad hominum vsus, suamque ipsius gloriam formata ex prima ruditate, & incommoda, atque inutili natura magnam multarum rerum gignendarum & conseruandarum vim, multiplicemque tum habilitatem, tum efficientiam ex diuini verbi beneficio cõtinet: quam rem differendo persequi, nec huius loci nec instituti, modò autem indicare satis fuerit. Scriptum est autem, Germinet terra herbam virentem, & facientem semen iuxta genus suum, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum. & factum est ita. & Producat terra animam viuentem iuxta genus suum, iumenta & reptilia, & bestias terræ secundum species suas. factumque est ita, &c. *Genes. 1. 12.*

Eadem verò terra iis quas educat animantibus omnibus, atque ad eò hominibus alendis, satis abundè quod suppeditet, & in se habet, & oportune producit magna cum humani & sapientis animi admiratione. s. s. e. Ecce dedi vobis omnia ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ, omni que volucris cæli, & vniuersis quæ mouentur in terra, in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendum: & factum est ita. & Quam magnificata sunt opera tua Domine: omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua. & Qui emittit eloquium suum terræ, velociter currit sermo eius. & Misericordia tua Domine plena est terra. & Hæc dicit Dominus, creans, & ipse Deus formans terram, & faciens eam; ipse plastes eius, non in vanum creauit eam, vt habitaretur formauit eam. & Tui sunt cæli, & tua est terra; orbem terrarum & plenitudinem eius tu fundasti. *Psal. 103. 24.* *Psal. 146. 5.* *Iob. 45. 12.* *Psal. 88. 12.*

Huius porò generis natura omnis vnà cum virtute, habilitate, opportunitate, atque omni denique sibi diuina liberalitate indito ingenio, Hebraico nomine **A R E T S** propriè appellatur, quæ ante perfectam sui naturam **I A B A S S A**, id est arida, dicta est. Idem verò nomen Latina lingua transpositis literis, & sibilationis peregrinæ difficultate vitata, **T E R R A** accepit. atque de eius perfectione & virtute à Deo accepta & conseruata. Scriptum est igitur, Perfecti sunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum. *Gen. 1. 10.* *Gen. 1. 11.* *Iob. 7. 12.* *Iob. 28. 12.* *Psal. 27. 9.*

At verò prima illa & antiqua terræ fertilitas ipsorum cultorum culpa & noxa non nihil vitij accepit, ipsorum crimen antiquum exercitatione sui necessaria aliquo modo vltura, atque ad eò etiam ne otio & segnitie scelus aueretur, sed occupatione potius aliquantum impediretur, necnon cultura ipsi adhibita humani animi virtus exercitaretur, aut in officio contineretur, opportunitatem allatura, s. s. e. Maledicta terra in opere tuo. in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinæ & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. & Emisit Dominus Deus hominem de *Genes. 3. 17.* *Ibid. 23.* *Psal. 32. 7.*

nem de Paradiso voluptatis, vt operaretur terram de qua sumptus est.

DE MARI.

CAP. III.

**A**NTE explicatas mundi totius partes, aqua omnia aut erant, aut confusis rerum elementis turbantes celabant, s. s. e. Latet enim eos hoc volentes quod caeli erant prius, & terra de aqua, & per aquam consistens Dei verbo. Et dixit Deus, Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis: & fecit Deus firmamentum, & diuisit aquas quae erant sub firmamento, ab iis, quae erant super firmamentum. aquas autem quae sub firmamento erant, in vnum locum congregatas, nouo indito nomine, & transmutata vt natura, ita etiam appellatione ex *MAIIM*, *IAMIM*, hoc est Maria vocauit. eam autem naturam tum mobilitate, & liquido fluxu, atque peruia grauioribus, vel durioribus corporibus secabilitate, necnon & opportunum locum facile occupandi continua quadam eademque diuisibili magnitudine aptauit: additaque admiranda virtute, multarum animantium generibus variis, ac numero ferè carentibus, educandis, alendis, idoneum verbi iussu effecit suo.

DE TERRÆ ATQVE

MARIS ORBE.

CAP. IIII.

**E**X vtraque autem maris & terrae natura, vnum veluti corpus, Deus esse voluit, generis quidem formis dispar & distinctum, rectae verò ad animantium omnium, atque hominum praecipue habitationem & vsum efficientiae, & commoditatis communicatione & societate penè idem. Namque terra primum ex diuini verbi decreto extitit, aquarum verò abyssus illa, terra ad sinistram relicta in vnum locum, hoc ex se ad dexteram partem secessit, vnamque continuam regionem occupauit, variis sinibus & anfractibus terras aliquando aperiens atque intrans, qua continentem habitabilis tractum alluit, non nusquam verò interrumpens & ambiens, qua insulas constituit, atque ita qua vnum est, & vastum abyssi magnae, qua verò terras aperit atque intrat, aut circumluit, marium nomen obtinuit. ita tamen maria multa dicitur vt vnum tantum locum quacunque permeabilem, continuato aquarum elemento occupet; terminum, quem à principio Dei definitione accepit, perpetua obseruantia custodiat, nunquam amplius terram vt occultet, quamuis assiduis fluctibus impetat occupatura vniuersam, ac tantum aliquando inundatura, quantum diuini consilij permisso concessum acceperit. Habet autem plerumque pro muro & vallo arenam mollem, hoc est, aeternum diuinæ providentiæ & custodiae argumentum, s. s. e. Congregentur aquae quae sub caelo sunt, in locum vnum, & appareat arida: & factum est ita, & vocauit Deus aridam terram, & congregationem aquarum maria; & vidit Deus quod esset bonum. Animantium generi omnium educando, & hominis constituendo in orbe principatui commodam, hanc constitutionem indicasse Deus dicitur. Et scriptum est, Qui posui arenam terminum mari, praecipuum sempiternum quod non praeteribit. Et commouebuntur & non poterunt, & intumescunt fluctus eius, & non transibit illud. & Nunquid mare ego sum aut cetus, quia circudedisti me carcere? Et iterum scriptum est. Abyssus dicit, Non est in me: & mare loquitur, Non est mecum. & Iudicia tua abyssus magna. Totius autem maris aquae suis in locis congregatae, in rotundam formam coguntur, ita vt media sui parte altiores, ad terrae verò littora humiliores depressioresque sint. ideoque ex terra in mare nauigaturi descendunt, ipsa etiam abyssus hanc rationem obseruat suo (vt diximus) loco conclusa atque contenta, s. s. e. Congregans sicut in vtre aquas maris, ponens in the-

fauris abyssos. & Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis: ipsi videntur opera Domini, mirabilia eius in profundo. & Surrexit Ionas vt fugeret in Tharsis à facie Domini, & descendit in Ioppem, & inuenit nauem euntem in Tharsis, & descendit in eam. Ioppem in alto sitam legitimus, & tamen ad littus maris, ideoque in eam descenditur; & inde in nauem quae etiam mari in ipso eminent. Est autem mare ad hominum nauigationes, & terrarum communicationes commodum, vt quae pro varia locorum terrae natura, alias atque alias diuersa gignuntur, & fiunt, in humanos vsus commodius conferantur, atque etiam piscium ipsorum, & rerum, quae in aquis, non vna aut forma, aut vtilitate continentur, commoditas hominibus ipsis nauigationis opportunitate contingat, s. s. e. Quid est homo quod memores eius, aut filius hominis quoniam visitas eum? minuiisti eum paulò minus ab angelis; gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius; oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi; volucres caeli & pisces maris, qui perambulant semitas maris. & Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & praesit piscibus maris, & volatilibus caeli, & bestiis vniuersaeque terrae. Hanc vniuersae terrae ad eundem & dominandae hominibus facultatem mae ad nauigandum commodum praebet: neque verò huic rei obstant maris tempestates & turbationes, quippe quae non, nisi Deo volente, accidunt, & eodem iubente repente sedantur. Scriptum est enim, Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas. & Spes omnium finium terrae, & in mari longè: praeparans montes in virtute tua, accinctus potentia. Qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius. Et statuit procellam eius in auram, & siluerunt fluctus eius, & lætati sunt quia siluerunt, & eduxit eos in portum voluntatis eorum. & Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus.

Hoc igitur mare ambitione atque alluione sua duas habitabiles partes relinquit, alteram terram omnem siue continentem, alteram terram insularum, siue maris insulas dicimus, s. s. e. Rex verò Assuerus omnem terram & cunctas maris insulas fecit tributarias. Et cunctis regibus Tyri & vniuersis regibus Sidonis, & regibus terrae insularum qui sunt trans mare. & Reges Tharsis & insularum munera offerent.

Præterea mare latissimam totius orbis partem occupat, extenditur enim ultra medium, ad dexteram Orientis Solis & terrae, vel omni vel insulis comparatum amplitudine excellit: altera verò ipsa secundum longitudinem superatur: longitudinem autem dicimus spacium ab Ortus Solis vsque ad Occasum, siue (vt Gentes metiuntur) ab Occasu ad Ortum iacens, s. s. e. Longior terra mensura eius, & latior mari. quam obrem non malè dixit quisquis ille auctor extitit, Mare positum est in spaciolo loco vt esset altum & immensum.

DE TERRA, MARIBVS ET FLVMINIBVS.

CAP. V.

**T**ERRA omnis quae Hebraico nomine *THEBEL* *תבל* vocata, Latine habitabilis dici potest, nec continentiae nec naturae viribus vna est. Variè enim aquis maribusque diuisa variam ad habitandum commoditatem aliis atque aliis Gentibus praestat, ita tamen vna est, vt quae ob soli & caeli disparitatem dissimilia profert, commerciorum, & peregrinationum opportunitati in communes vsus exponat; atque ita Dei beneficium probet suis, s. s. e. Misericordia tua Domine plena est terra. Ea autem, vt mundus omnis, angulis differt quatuor, quorum nomina à caeli regionibus, vel à ventis, vel ab aliis insignibus rebus imposita sunt, s. s. e. Post hæc vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terrae, tenentes quatuor ventos terrae, ne flarent super terram,

A 5 per terram,

per terram. & illud, Omnes qui circa eum sunt, præsidium eius & agmina eius dispergam in omnem ventum, vnde Sol oritur, Oriens nominatur aut Ortus; vbi occidit, Occidens vel Occafus, vel mare: qua decurrit dextra, vel Theman & Meridies, ad finiftram Aquilo siue Septentrio: Hebraicè autem, *ΚΕ-DEM, IAM, NEGEB*, siue *IEMIN, & ZZAPHON*, s. s. e. Dilataberis ad Occidètem & Orientem, & Septentrionem, & Meridiem. & Ab ortu Solis vsque ad Occafum laudabile nomen Domini. & Tui sunt cæli, & tua est terra, orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti; Aquilonem & dexteram tu creasti. Terræ autem omnis habitabilis locus duplici mari & Orientis flumine magno, & Occidentis terminis definitur, s. s. e. Et potestas eius à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad fines terræ. Atque terra omnis quacunquæ iacet, mari terminatur, s. s. e. Spes omnium finium terræ, & maris remotorum. Habitat autem terra magis secundum longitudinem quam secundum latitudinem. Multæ enim partes à Septentrione & à Meridie, vel propter æstus vim, vel propter frigoris importunitatem cultore carent, interpolatisque habitatoribus coluntur. Ab Oriente verò in Occidentem omnis continuatis hominum sedibus frequentatur, s. s. e. A Solis Ortus vsque ad Occafum magnum est nomen meum in Gentibus. Atque terra omnis suis rationibus absoluta, & efficacitatibus instructa, ornataque constat, ad vsus hominum comparata, s. s. e. Igitur perfecti sunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum. & Cælum cæli Domino, terram autem dedit filiis hominum. Porrò maria & fontes, & flumina maximas terræ opportunitates afferunt, & ad animantium potus, & ad agrorum culturas commerciorumque vsus, & piscium aliarumque rerum copiam suppeditant, s. s. e. Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo: quia ipse super maria fundauit eam, & super flumina præparauit eam. Omnia autem flumina exeunt à mari, & in mare recurrunt, multis nominibus locisque distincta. sed quæ terram præcipue instruunt, quatuor maxima sunt ex eodem fonte, in varias partes diducta, s. s. e. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradifum, qui inde diuiditur in quatuor capita: nomè vni Pison; ipse est qui circuit omnem terram Havilah, vbi nascitur aurum, & aurum terræ illius optimum est, ibique inuenitur Bdellium & lapis onychinus. Et nomen secundi Gehon; ipse est qui circuit omnem terram Æthiopiæ. Nomen verò tertij fluminis Tygris, ipse vadit contra Assyrios. Fluuius verò quartus ipse est Euphrates. Atque Pison pleno alueo, eodemque magno fluit perpetuo: Gehon verò per vindemiam, Euphrates semper plenus. Tygris autem sub primæ æstatis tempora exundat. Terræ autem aquarumque globus ita compactus est, vt ab Ortus in Occafum per Aquilonem longior terra quam mare sit. Latitudinem verò ab Aquilone terra, à Meridie mare occupet, quod ab Orientis regionibus in Occidètem deflexum terræ duplicis maris nomine alluit, s. s. e. Et à ciuitatibus munitis vsque ad flumen, & à mari de mari. & Dominabitur à mari vsque ad mare. & Tui sunt cæli & tua est terra, orbem terrarum & plenitudinem eius tu fundasti; Aquilonem & mare tu creasti: Et à Solis ortu & Occafu, ab Aquilone & mari. & Commouebuntur à mari vsq. ad mare, & ab Aquilone vsq. ad Orientem.

At verò mare illud magnum nisi qua terras subiens, promonteriorum aut tractuum sinibus admissum excipitur, vnum ac perpetuum continuumque est, multaque abyssus in vniuersum dicitur, s. s. e. Ecce vocabat iudicium ad ignem Dominus, & deuorauit abyssum multam, & comedit simul partem. & Iustitia tua sicut montes Dei, & iudicia tua abyssus multa. Ex hoc autem mari duo celeberrima in terras insinuantur, à

Meridie alterum, ab Occafu verò alterum. hoc magnum & Occidentale, & nouissimum mare, & mare indefinito nomine. Illud verò mare deserti & mare solitudinis dicitur. Atque magnū in hoc mare piscium aliarumque animantium copia fertissimum insignem draconem habet, siue cete siue alio nomine Latine dictum, qui cum in mari natat, semitam repleuit aquis: nauibus etiam excipiendis & ferendis, atque nauigationibus exercendis appime idoneum est, s. s. e. Hoc mare magnum & spatiosum manibus, illic reptilia quorum non est numerus: animalia pusilla cum magnis, illic naues pertransibunt. & qui descendunt mare in nauibus facientes operationem in aquis multis, ipsi viderunt opera Dei, & mirabilia eius in profundo: Illud verò alterum iunci siue papyri illius, & carecti quæ ad scribendum instrumeta suppeditant, est feracissimum. vnde *ZZVPH* cognomen accepit. Sunt prætereà & alia loca quæ fluminum defluxionibus exceptis magnâ aquæ vim continent, atque maris etiam nomè fortiuntur omnia hæc vnâ cum ipsis fluminibus, s. s. e. Creauitque Deus cete grandia & omnem animam viuentem atque motabilem, quam produxerant aquæ in species suas, & omne volatile iuxta genus suum. Et vidit Deus quod esset bonum, benedixitque eis dicens, Crescite & multiplicamini, & replete aquas maris. Ex his autem quæ nobiliores in sacra geographia habentur, sunt mare antiquius siue Orientale, quod posteriora secula Genevaareth, Galilæa, atque Tyberiadis appellarunt: Et quod subuersis quondam magnis vrbibus extitit, Salis mare dictum, & apud Ezechielem Orientale appellatum.

## DE TERRÆ DIVISIONE.

CAP. VI.

TERRAM filiis Adam omnibus colendam communiterque habitandam concefferat Deus, s. s. e. Et creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, ad imaginem Dei creauit illum, benedixitque illi Deus, & ait, Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subijcite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram. Et rursus: Ingredimini super terram, & crescite & multiplicamini super eam. Eam autem omnem vt communem, ita communi studio coli, habitari, atque vnius Dei cultui addici oportuit: sed hominum malitia factum est, vt primū linguas, opinionibusque diuisis, cultus etiam per varios errores turbati diducerentur, s. s. e. Et eiecistis Sacerdotes Domini filios Aaron, atque Leuitas: & fecistis vobis Sacerdotes sicut omnes populi terrarum: quicumque venerit & intiauerit manus suas in tatro, de bobus, & in arietibus septem, sit Sacerdos eorum qui non sunt Dei: Noster autem Dominus est quem non dereliquimus.

Sed cum hominū in malum consensio pertinax, diuinum de orbe terrarum colendo consilium retardare moliretur, linguarum confusione inducta, euenit, vt vel dissidetibus iam animis & studiis singulæ quæ tunc extabant familiæ suas vsurparent, occuparentque sedes, retentis vel generis, & nominis societatibus, vel antiquis etiam maiorum suorum simultatibus. Namque trium filiorum Noe, Sem, Cham, & Iaphet, varia ingenia & studia, varia etiam sortis diuino iudicio editæ exempla relata sunt. Diuisa autem est terra in diebus Phaleg, circa annum mundi millesimum septingentesimum & nonagesimum.

## GOMRI, siue COMARI &amp; CYMRI.

CAP. VII.

FILIORVM Iapheth prima familia Gomer loca prima ad Septentrionem obtinuit, cui altiori etiam regione affedit Magog, inferiori verò ad ortum nonnihil semotiori Madai loca à Meridie montibus Ararat; à Septentrione mari, postea Caspio dicto conclusa occupauit: litora autem ad sinistrum latus terræ in mari penitus

Isa. 1. 4.

Psal. 79. 1. 2.

Dent. 3. 17.

Psal. 103. 22.

Psal. 107. 22.

Gen. 1. 21.

Isa. 2. 2.

Zach. 14. 8.

Isa. 21. 1.

Gen. 21. 17.

Ezech. 47. 18.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

Gen. 1. 21.

penitus procurretis Iauan tenuit. vnde & in aduersam maris oram facile trajiciens, non modò continentem tractum, sed interiectas mari insulas & oppositarum etiam terrarum portus familiis repleuit suis. Harum prima Elisa gentis nomine Elis vocata, oppositi littoris oram, qua mare Ortum aspicit, incoluit. Secunda verò navigationem longius producens, vnà cum nauigandi peritia cõmerciorum, & mercaturæ facultatem sortita, in Meridianæ terræ littus opportunè copias tra duxit, atque emporium totius terræ celeberrimum, Tharsis nomine instituit; quam postera secula deducit ex Tyro coloniis Carthaginè dixere. Porrò Kithim & Dodanim postremi Iauan filij magnarum insularum earundemque fertilissimarum cultura delectati sunt. Deinde Kithim angustie iam locorum pertesi, primam oppositam procurrentis in mare terræ oram coloniis deducit tenuerunt, suo ipsorum indito nomine vocantes, vnde & vrbis illius regionis antiquissimæ nomen Caietæ factum arbitramur, quidquid fabulosa poetarum ingenia fecus finxerint. Corruptis aut mutatis vocibus, postea Kithim Cretenses, Dodanim Rhodij appellati sunt. Post vicina Iauan loca Thubal tenuit, vt genere, ita etiã lingua coniunctus; ille enim Ionicum, hic Latinum propagauit sermonem. Sed ex eodem Iapheth postremo nati, Mosoch superiores, & Septentrioni magis subiectas sedes: Thirax verò inferiores, & Ortum Meridiemque spectantes, secundum maris littora optarunt: nominaque terris à se indita vsque ad multa secula produxerunt, atque aliis gentibus nonnihil immutata prodiderunt. Alteri enim Thracia, alter Moschouia nomen perdurauit. Sed inter Mosoch populos Gog & Magog præcipuè illustres habentur. Hos inter duos frequens Ascaniorum familia patre Aschenaz interiora ferè omnia loca, & maritimorum non exiguam partem habuere, gemino mari conclusi, altero ex magno mari, à Meridie in Septentrionè procurrente, altero autem ex abyssu multa ab Occidente inducto, atque Aquilonis tractus altius etiam quàm illud subeunte. Inter Magog & Mosoch Riphath longè protensam regionem & Aquilonaribus frigidibus obnoxiam incertis finibus penetrauit, Ripheanque gentem de nomine dixit suo. Huic vicinus Thogarma concessit; montosis partim, partim campestribus extentis regionibus, atque ad Ortum magis quàm Riphath accedens. In hoc omni terrarum tractu postremas & remotas Occasum versus terras, duo posterioribus seculis cultores adiere, vt quibusdam videtur, Thubal, vel, vt nos arbitramur, Tharsis nepotes; alteri Sepharad, alteri verò Sarphath, nomen fuit: ille Hesperiam, hic superiorem Hesperidi, latamque prouinciam tenuit, quæ post longo tempore Gallia dicta est. Omnium autem horum filiorum Gomeri regiones mari à quatuor ferè ventis, vel inducto, vel ambiente, coactæ, angustiores multò quàm ceteræ duæ terræ partes esse deprehenduntur. ac nisi quibusdam nõ ita magnis spaciis aliæ aliis adiungerentur, insulas ferè efficerent singulæ; atque adeò integra ipsa pars, quæ ceteras regiones continet; omnes mari vndique multis locis admissa, atque ab Occasu accepto, nisi qua Riphath & Magog habitant, ferè insula tota est. Quamobrem & propter portuosas multis in partibus, nauigationumque commercio commodas oras; insulæ gentium omnes illæ partes appellatæ sunt. Atque terra ipsa omnis quidem habitabilis, cultoribusque frequens est: ideoque opportunis ad vitam rebus, vel sua ipsius natura, vel merciorum causa abundè instructa: sed quædam tamen partes quibusdam rerum commoditatibus præcipuè celebrantur. Namque Thogarma equis & mulis abundare dicitur. Iauan, Thubal & Mosoch, homines mercedibus venales, operisque locandis habiles procreant. atque ob metallorû copiam æreis vasibus, instrumentisque omni ferreo, armorumque generibus variis, tum emendandis, tum fundendis, & idoneam materiam

& apta artificum ingenia continent. Elisa molliori hominum cultui & ornatui aptam purpuram, hyacinthinoque colore probatas lanas suppeditat. Cultores ad multa habiles, vt familiis, ita linguis quoque distincti, quæ tamen omnes vnus primæ originis vestigia hætenus retineant: illam Gomeriam, siue Cymram, vel Cymbricam fuisse existimamus, quæ prolatione nonnihil varia, maximæ adhuc incolarum parti hætenus retinetur. Bello ferè omnes idonei & apti, nec parum etiam exercitati, sed in his præcipuè Mosoch & Thubal equis in bello vtuntur: loriceis induti, gladiis & hastis pugnat, vulnera scutis vitant. Thogarma frequens populus belloque ferus, & multis aliarum gentium nationibus pertinaciter infestus, Turcarum gentis origo. At verò cultores Kithim, & belli vsu, & classes per mare deducendi peritia insignes Assyriis, atque Hebræis præcipuè infensi habitati sunt. Atque hætenus primæ orbis terræ partis, spacio quidem breuissimæ, cultoribus verò frequentissime situm, formam, atque ingenium descripsimus.

DE SECUNDA TERRÆ  
PARTE. CAP. VIII.

MAGNAM terræ partem Cham multiplici sobole occupauit, tum primis deducendis coloniis, tum impetu in alienas regiones facto, bellorumque hostili aduersus rudes & inermes populos exercitatione. Atque primus omnium Chus penitiores versus Theman sedes tenuit, lato satis tractu, sed tribus è partibus maris ambiente incluso ab Ortum & Occasu, & quæ in acutum desinit Meridie. Huic & tempore & loco proximus Misraim continuam à dextra, atque mari magno à sinistra finitam regionem tenuit. tertius Phut extremam ferè eiusdem continentis oram, adiit duobus maribus definitam, ab Occasu abyssu multa, ab Aquilone mari magno qua alteri coniungitur angusto: deinde sinibus ad Sarphath, & Thubalis partem ad dextram, atque ad ipsam Phut oram à sinistra reductis lógè omnium aliàs, qua diffunditur, locorum latissimo. Atque ita omnis illa pars, quæ interiecto mari Gomeri dictio ni opposita est, tribus Cham filiis cessit; cui cum vnus adhuc esset filius Canaan, mediam inter vtriusque partis terminos, latam magis quàm longam regionem, secundum magni maris littora optauit, quæ ab Ortum flumine Iarden dicto à dextra fluuio Misraim siue Egypti, à sinistra reducti maris sinu atque Gomeri sinibus clauditur. Sed filij Chus, à patre obtentis non contenti sedibus, secundum Suph maris sinum, ad Ortum & Occasum, atque ad dextram & Aquilonem quæ producuntur, littora coluere, variaque variis locis nomina ab ipsis ducibus indidere. Zzeba vltiorem sinus oram ad Ortum & Aquilonem. Zzabtha citeriorem delegit: Ragma magis etiam quàm Zzeba ad Aquilonem & Ortum, qua magni fluminis Euphratis aquas sinus ex abyssu multa angustè inductus, excipit littoribus, confedit. inter Zzabah & Ragma, interiecta loca tres populi tenuere. Zzabthecha, Seba, & Dedan, ille Chus, hi Ragma filij. sed Dedan superior ceteris Euphratis confinia habitans, Canaan ab Occasu longo interiecto solitudinum tractu habebat. Secundus autem filius Cham à patre ad Occasum profectus, loca sibi primum optata, à dextra & Occasu abyssu multa, ab Aquilone verò Phut sedibus definiuit. Vltimus autem ex filiis Chus Nimrod, qui angustiores fratrum sibi, & sedes & leges arbitratus, quæ iure partitionis obrinere non poterat, inuento bellorum latrocinio adortus cepit; primusque post diluuium non terras modò, sed terrarum cultores ipsos, nomine regni inducto subegit. & quæ populorum antea communia fuerant, singulari dominationi arrogauit. Is autem regni arcem in Babel primum linguarum, & studiorum diductione nobili loco struxit, idque dominationis caput constituit, quod fuerat confusionis initium. ea autem fuit in Senaar campe-



campestri regione, vbi munitissimæ & florentissime vrbes ab eodem occupatæ & constructæ sunt, ab amplitudine dicta Erech, & Achad, & Chalneh. Non multo autem post tempore Assur, ex illis dominationis angustiis profectus, noua etiam regnandi cupiditate actus, à rege suo deficiens, proximam regionem occupauit, eamque nomine suo appellatam, armorum imperij in omnem ferè terrarum orbem dilatandi principem facere inchoauit. Nobilissimis & frequentissimis vribus structis, Niniueh prima, deinde, ab amplitudine vocata Rahoboth ciuitate, & Calahh, & Rezzem, quæ inter Niniueh & Calahh, sita, non tamen aut exigua, aut infrequens, sed magna etiam & populo plena fuit.

Porro Mesraim progenitis à se filiis vicina sibi Occasum versus loca adeunda habitandaque concessit inter se ac Phut fratrem, proximos autem sibi Ghana mim populos à filij nomine dictos constituit: deinde Lehabim, qua mare in terras lato sinu recipitur, qua rur sus terræ cedit, Ludim vicina Tharsis habuere: sed interiora sub Tharsis tenuere Nephthuchim. Hinc rursus per Misraim tendentibus primi Chastubim visebantur inter Misraim, & Seba super oram maris Suph, interiora etiam terrarum tenentes: His autè proximi Aquilonem versus, Petruzzim Mediterranea loca obtinere; quos cõsecuti Philistim, maghi maris vsurpauere funiculum, & cõtinentia littora. Vrribus olim præcipue insignibus Gaza, Ascalone, Accarone, & Garh habitauerè, in has sedes, vt vera tradit fama, à Caphthorim, deduci ex Peleseth regione. Nam Caphthorim longum terræ in mare procurrens possessere tractum (à Prophetis Insulæ nomine appellatum) habitauerunt Ararat montibus ad Ortum relicti, ipsi inter duos magni maris penitissimos proiecti sinus, eosdemque latissimos: vicinos habuere, à Meridie Canaan, ab Aquilone Mesios. Regionum atque hominum varia ingenia sunt, illæ autem singulis magis illustres res, Chus Topazios sui generis optimos fert. atque cultoribus cutis color: inter armorum vsus scuta ad defensionem apprimè fabricata gestant. Saba auro ac thure abundat: homines ipsi vicinæ Huts regioni infesti perniciosique fuere. Saba & Ragma auro & gemmis diuites, aromatum mercatores illustres sunt. Dedan aulæorum & tapetum artificio insignes. Ex filiis Misraim, Ludim arcu dextrissimi habentur: Lehabim parmis muniuntur. In eodè tractu alia ex gente Tharsis mercatura nobilis Orientis prouinciis ferrum, argenteum, stannum, & plumbum, ex Sepharad comportatum, frequenti commercio suppeditabat. Terra ipsa præter cætera leonum præcipue generosorum nutritrix est.

## TERTIA TERRÆ PARS.

## CAP. IX.

Filij Sem. **C**ONTINENTIS terræ longissimam partem, atque à mari magno penitus remotam, nec valde etiam abyssis magnæ propinquam, familia ex Sem propagata sibi in sedes acceperunt, negotiationis marinæ non vsque ad eam, atque cæteræ gentes, studiosi, rebusque in terra regione suas natis, non minus beati, quam contenti. Fuere autem numero duæ ac viginti, omnesque vna demptis terminos sibi ab Occasu præscribere maris magni oram, qua sinus super Caphthorim in reductas terras contendens excipitur, ab Ortum verò nullos, nisi quos ipsum peragrata habitabilis terræ spacium ab initio constitutos teneret. Itaque primam ultra Euphratis fluminis ripas ab Ortum fixa sede, secundum flumen ipsum extensam, atque ultra montes Ararat siue Aram, supremos tractus maximi illius intra terras contenti lacus oram ambiere, atque ulterius etiam ad Ortum procurrentes continuatis aliorum alij regionibus ad plurima milliarum, nullo ex aliis gentibus interiecto populo producti sunt. Fuit autem illa eorum habitandi series. Elam primus non longè ab Euphrate confedit super magnæ abyssi sinum Achad proximus. Assur secundus fluuio affedit ad Ortum inter Arach & Chal-

neh. Arphaxad verò his superior ad Aquilonem secessit, citraque montes Ararat sedes optauit sibi. Lud traiceto amne, qua Tygris & Euphrates vno iam aluco contenti in mare procurrun, ab Aquilone Elam habuit, ab Ortum amnem, & maris sinum, & Raghmah cõfina; ab Occasu Seba pribris montana loca. Quintus demum Sem filius Aram, vicinos Babel regno occupauit campos, & motes, longissimo tractu ab Occasu in Ortum procurrentes, quos Ararat antiqui, posteriora tempora Taurum dixerunt. Sed hi præterquam quod in duas alias regiones genus, nomenque integrum propagarunt suum, quæ Aram Naharaim, & Aram Damaschi dictæ sunt (namque ipsa Aram Soba, prima sedes appellata est) familias quoque ex se produxere, quæ in vltiora loca culturæ habitationisque causa migrarunt. Primæ nomen fuit Hus; secundæ Hul, quæ ultra montes ad lacum confedentes maximè, vicinam sibi ab Ortum reliquerunt Madai. Tertiã verò Gether dicta, ad Occasum inter montes & lacum fines constituit suos. Quarta Mes post Gether ad magni maris sinum perducta est. Sed ex Arphaxad, quem tertium Sem filium recensebamus, ortus est Saleh: ex Sale verò Heber; qui duobus à se susceptis filiis, alteri Palegh; alteri verò Iectan nomen imposuit: hic numerosa tredecim filiorum sobole ad vltimos vsque terrarum orbis tractus sedibus dilatatis penetrauit. Primum enim ex procreatis à se filiis ac populis Elmodad ultra Mes, cõtinentem solo ad Aquilonem locauit; super hunc verò Saleph secundum vltimus Hassar-maueh ad Aquilonem quoque iuxta maximè lacum atque fluium in lacum decurrentem: fluuio verò traiceto atque ad Ortum conuerso tractu, Iarahh confedit quartus Iectan filius; super quem quintus Hadoram, inferior autè aliquantò, sed magis ad Ortum progressus est Vzai. Septimus Obal fines protulit suos ab Aquilone. Deinde Abimael octauus, & Seba ab illis duobus filiis Chus, & nominis sono & generis alij, quanquam Latinis & Græcis eodem ferè modo omnes appellari videantur. Post hunc porrò longè processit Ophir, latissimeque patentes terras, secundum abyssi magnæ littora ad Ortum extensus, solus obtinuit. Hauilah verò decimus tertius Iectan filius, totum terræ spacium tenuit, quod à Seba & Abimael, ad magnæ vsque abyssi littora iacet; atque Gehon maximo amne, vnoque ex quatuor totius terræ celeberrimo alluitur. Ultra Ophir Iobab confedit decimus tertius Iectan filius, qui procreatas à se gentes ad Sepher longissimi montis subiectos tractus emisit. Porro Ophir, quem antea diximus, secundum abyssi magnæ littora genus nomenque produxit suum, ad duas regiones angusto terrarum, sed longo isthmo interiecto distinctas, quæ ad Salomonis vsque atque vltiora etiã tempora integrum retinere vocabulum Ophir; quod paulò post inuersum vtrique etiam parti seorsum adscriptum est, atque alterutra pars Peru; vtraque autem simul dualis numeri pronuntiatione Peruaim siue Paruaim dicta est.

Quæ in regionibus, incolarumque moribus memoranda obseruauimus, illa sunt. Elam arcu plurimum in præliis valet; sagittas enim & dextrimè & celerimè simul intendit & iacit. Hinc cum Saba & Chaldæis antiqua simultate bellum gerebat. Aram omnis, gemmarum, purpuræ, pictarum vestium, byssi & serici mercaturam exercet maximam. Ophir omnis, siue vtraque Peru regio, auro abundat plurimo: inde etiam ligna Al mugim miræ in ædificiorum ornamentis pulchritudinis, & pretiosi lapidis magna affertur copia. Aurum quoque Hauila terra gignit, idque optimum, & eadem Bedelah & Sohan; quos Assyrij Berillos vocant; præstatæ naturæ eximiaque pulchritudinis lapides habet.

## MISRAIM. CAP. X.

**P**RIMOGENITVS Cham Misraim terminos sibi & filiis ab Ortum Mare-Suph iuxta Pihahiroth & Bahal

Exer. 29. 20. ghal Saphon; à Septentrione linguam maris magni & Pehstium cõfinia, à Meridie Chus terminos; ab Occasu Phut confinẽ posuit. habet autem ab Aquilone turrem Syenẽs ditionis initium: situs illi multo quàm Philistium depressior. Eam annis olim Phylson dictus, à perpetuo diuinã prouidentia & seueritatis argumento, à terre Chus montibus erupens, totam à Meridie peruat; atque in canales diductus, quoad in linguam maris magni effluxerit, hortorum instar irrigat, aquarumq. vi multiplicis seminis altrici fœcundam adeo efficit, vt copiosissima messe ferẽ perpetuò augeat: atq. idẽ propter annonã vbertatem lacte & melle manare regio dicatur. Ipse calamorum & papyri mirẽ ferax longo tractu ad mare vsque nauigatur: piscibus abundat & variis & magnis. Aqua potui aptissima, si conseruata resederit; turbidior enim in alueo ipso est: vnde & Sihhor etiam nomen accepit. Præter multa, quæ terra ipsa sponte procreat, vel aliunde allata feliciter alit, triticum, hordeum, far, ac linum & optimum & plurimum profert, pomiferasq. varij generis arbores nutrit. Pascuorum copia abundat, sed in ea re Goessen ager præcipuẽ commendatur, ad terminos vsque Chus pertinens. In ea antiquissimã vrbes fuere; Thanis regia ac maxima, & flumini adiacens, septem annis post Hebron in terra Canaan condita: & On, & Soghian, & Noph. Pathros lato satis agro, Thahhphanezz, Migdol, & populo, ac militibus frequentissima No, totius terræ præsidium habita: & Zzeuene, alijs Syene dicta. Posterioribus autem seculis illustres fuere Python & Raghamezz ex regio decreto, Israelitarum opprimendorum causa, magnis & frequentibus operis constructæ & munitæ. Regio omnis cultorum variorum olim propria; sed fame aliquando grassante in regiam possessionem Iosephi præfecti consilio empra, cultoribus restituta, quintam fructuum partem regibus quotannis pendere iussa est. Homines ingenio ad omnem artem idoneo, bellandi periti, curruum copia maxima in bello vtuntur. socios sibi in bello Chus, Phut, & Lehabim ex vicinia, & generis necessitudine cõiunctos adsciscunt. in rustica, familiarique comportanda re, plaustra, atq. asinos agunt, bobus terram colunt: lini artifices, textoresq. elegantissimi habentur; byssum enim variam, atque optimam texunt. Piscatores in illis plurimi, retiã & hamos ad capturam parant, lintribus ex papyro contextis vehuntur. Regi omnes & parebant, & tributã pendebant, præter Sacerdotes, quos rex consiliorum & auspiorum causa sumptuose alebat. vasrum & versutum hominum genus, & ad populos non modò suos, sed alienos etiam fallendum maximẽ instructum, ac promptum. hi, cali tempora, rerumque omnium naturas scire professi, obscuris verborum ambagibus, quæ ipsi arcana vocabant, atque incantamentorum varia & mira specie, cæteros in varios errores pertraxere. Deorum tot formas, quot animãtium, ex quibus vsus caperetur, finxere, in quibus pecora & armenta præcipuẽ culta. Quamobrem & ab horum carnibus abstinebant, & pastores tanquam sacrilegos, ac deorum hostes auersabantur. Simulachra diis suis statuebant frequentissima. Incantationum & auguriorum his varia genera, variiq. sacrorum ritus: Magna sapientia congentia iactatio, incredibilisque antiquitatis arrogantia. se enim primos hominum, nullius in terra familia, sed fluuij sui semen esse prædicabant. mortuos suos nõ sepeliebant, cæterarum gentium more; verum arte medicatos in antris, vel constructis ad eam rem ædificiorum, & tumulorum molibus adseruabant. Ei artificio, & omni medicæ rei parandæ materiam ex Galaad comportabant.

ASSVR. CAP. XI.

ASSVR regionem ab Ortu Chielmaad, ab Occasu Aram, inter duos fluuios sita, ab Aquilone Chalahh, vel, vt nostri vocant, Cylicia montes definiunt.

Ea regio, quã Septentrionem spectat, motibus non sterilibus munita, cætera omnino plana, & campestris duorum præcipuẽ fluminum maximorum multis anfractibus, & perpetuo decursu irrigatur: quorum nomina prima fuere HIDEKEL & Parath, deinde ab aliis gentibus Tygris & Euphrates dicta. Præcipuẽ in ea vrbes: Niniue, Assyrij olim imperij caput, & Imperatorum omnium, ab Assur primo conditore vsque ad Sardana-palum regia, situ aded extenta, vt per omnes vicos, & plateas lustrari non breuiori, quàm trium dierum spacio posset, populo frequentissima, & multis præcipuis operibus, principumq. Assyriorum insignibus ædibus ornata; muris omni arte, nisi fluminis diuinitus immissi irruptione, expugnatu difficillimis. Est & Rahhaboth ab amplitudine, vt superius commemorauimus, dicta, & illa vnde Cylicia initium & nomen duxit Chalahh, inter quam & Niniue, Rezzem maxima etiã olim sita erat vrbs. Hæc totius terræ imperium olim magna pompa, maximisq. opibus, nulli postea regioni æquandum tenuit. sed ob superbiam atque iniuriarum admissa scelera, à Babyloniis victa, illud summa cum ignominia amisit. Præter agrorum fertilitatem, quæ præcipuẽ in regione commendantur, sunt equi, virorum & mulierum ornatus, cultus & victus omnino luxum arguit. Incolæ hyacintho & purpura plerumq. vestiuntur: viri fœminarum amoribus impensẽ dediti; sed qui à fœminis seduci aut superari, turpe existiment, idque iniquo ferant animo, bella equitatu plerumque gerunt.

BABYLON. CAP. XII.

CHALDIM siue Chaldim regionis caput Babylon illa maxima fuit, totius quondã terrarum orbis post Assur, domina, ad flumẽ Parath sita, instar magni montis ædificiorum magnitudinẽ habens: à Prophetis caliginosus, & pestifer mons dicta. in ea Chaldæorum regum arx fuit maximis sumptibus extructum opus, atq. à Nabuchodonosor ex deuictarum gentium spoliis perpetui imperij opinione & spe, munitum & ornatum. Breuem horum dominationem iniuria fecit, Deo iudice & vindice ad Madai & Parazz imperium transferrẽ, locumq. æterna solitudine & vastitate damnanate. Regio aquis omnis abundat, flumine in magnos canales diducto, frumenti apprimẽ ferax, fluminum ripæ salicibus frequentes. Homines, quo tempore imperium & propagabant, & tenebant, bello ferocissimi, pugnae dexteritate, & cursus celeritate præstãtes. equis & curribus in prælio vtebantur; incantationum, auguriorum in primis studiosi: syderum rationes ac motus diligentissimẽ obseruabant: atque ex illis aliena fata, suorum prorsus ignari, sibi cognita esse iactabant. Deos præcipuẽ coluerunt, Bel antiquissimum Assur patrem, atque etiam Merodach & Nabo. Deorum ac principum statuis instructissima Babylon fuit, eiusq. artis opifices habuit, & plurimos, & egregiẽ peritos.

SVMMA CHALAHH DESCRIPTIO. CAP. XIII.

CYLICIA ab Ortu & sinistra magnis montibus Ange Assur vicinis clauditur: à dextra verò regio illa est, quam filij Ismael primũ tenuere. ab Occasu autem filiis Iaphet, quos commemorauimus, præcipuẽ autem mari Elisa & Dodam adiacet. In ea vrbs est antiquissima Tharsis ex filiis Iaphet, illius alterius, quam diximus, Tharsis mater: & celeberrima quondam Meloth à Babyloniõrum exercitu aliquando expoliata.

MESOPOTAMIA, ARAM, DAMESECH & ARAM SOBAL.

CAP. XIII.

INDE ad filiorum Iaphet fines, qui Austrum spectant, Aram Naharaim est sic dicta, quod inter duos fluuios

Exer. 29. 20. Gen. 45. 25. Amos. Isai. 19. 5. Isai. 23. 2. Deu. 31. 10. Num. 16. 3. Exod. 7. 21. Exod. 9. 31. Exod. 10. 12. Indib. 1. 9. Gen. 46. 34. Isai. 19. 13. Num. 13. 23. Gen. 47. 43. Ier. 44. 1. Exer. 29. 2. Exer. 29. 25. Exod. 1. 2. Exod. 1. 10. Exod. 14. 17. Ier. 46. 9. Isai. 20. 4. Nah. 3. 9. Gen. 41. 21. Isai. 19. 9. Isai. 18. 1. Isai. 19. Gen. 41. 22. Gen. 46. 34. Exod. 25. Ier. 43. 13. Isai. 19. 1. Isai. 23. 2. Isai. 19. 12. Exer. 29. 9. Exer. 17. 14. Indib. 1. 6. Isai. 11. 13.

tona 3. Nahum. 1. Genes. 10. Exer. 31. 2. Exer. 33. 5. Exer. 37. 23. Ind. 10. 18. & 12. 18.

Isai. 48. 14. Isai. 14. 4. & 13. 11. Ier. 51. 25. Hab. 2. Ier. 50. 21. & 51. 13. Psal. 136. 1. Hab. 2. 6. Isai. 48. 21. Isai. 46. Isai. 21. 9. Ier. 51. 13.

Indib. 2. Indib. 7. Indib. 1. 6. Iob. 5.

Ezec. 27. 23  
Gen. 24. 9.

fluuios Hhidekel & Parath iaceat. Illustris in regione illa est Ragau, campus inter Parath & Hhidekel. Tygris salutare pisces alit, & Nahor vrbs, ab Abrahami fratre, vt creditur, condita & appellata. In ea etiam Mamre fluuius est memorabilis. & vrbs insignis Padan; Thare & filiorum, atque Iacob fratrem fugientis hospitio olim nobilitata. Huius regionis gentes vestibus vtuntur optimis, colore hyacinthino, & polymito; quas & in alias prouincias transmittunt. Est deinde Aram alia mirè fertilis, atq. amœna regio, duobus môtibus ab Aquilone, dexteraq. vallata; quorum alteri Libano nomen est, cedrorum generosissimarû feracissimo, variarumq. plantarû multis & elegantibus generibus instructo, gratissimo perpetuo odore, ceruis

etiam, capris, & aliis animantibus frequenti. Ex his môtibus duo præcipui amnes Abana, & Pharphar demissi interiectum campum rigâtes, maximorû hortorû speciem præbent. Totius regionis caput est Dameseck, antiquissima vrbs, & Israelitarum regum æmula. Ager ipse, frugum, fructuumq. optimorum copiam suppeditat. Vino inprimis abundat nobili. Lanæ & naturæ ipsius vi, & artificum industria optimum colorem referunt. In agro desertum est, vbi Hazael ab Helia vate in Aram regem oraculo est inunctus. Inter Aram, Dameseck & Aram Nahharaim duæ prouinciæ sunt. Alteri antiquissimum nomen Aram-Sobal; Damalce-næ Aram, proximæ: alteram posteriora secula Apameam dixere.

4. Reg. 5. 12  
Isai. 28.  
Amos. 1. 3  
Iudith. 2. 17  
Iudith. 3. 14  
Iudith. 2. 17  
Ezec. 27. 18  
3. Reg. 19.  
15.

QUANQVAM nostri instituti tantum fuerat Gentium situm, per antiqua nomina, que perpetuo in sacris libris Hebraicè obseruantur, solum indicare, & laborè conferendi illa nomina cum ijs, que postea in ijsdè locis vel corrupta, vel immutata deprehenduntur, alijs relinquere, qui geographia expertes non essent, & vel sibi ea solis vel alijs etiam communicanda adnotare, tamen suasu quorundam amicorum, qui omnia quàm explicatissima à nobis, ad publicam vtilitatem, edi volebant, inducti, illorum locorum sedibus adnotatis, & non certo sine tamen non omnino incerto præscriptis, nomina etiam reddidimus, que à Ptolemaeo, Mela atque alijs auctoribus sunt indicata, ex quibus nonnulla eandem omnino literarum consonantium vim, sed non eandem in vocalibus formam retinent, iuxta rationem à nobis sæpè aliàs expositam de nominum & verborum deprauatione, vel ex alijs linguis in alias deflexione: quam qui obseruarit, magnum profectò operæ precium faciet, non solum ad verba eiusmodi cognoscenda, sed etiam ad alias linguas ex alijs exiguo negotio perdiscèdas. Nunc igitur, vt id breuiter agamus quod intendimus, animaduertendum est, à nobis totum orbem in tres partes diuidi, vnâ ad Ortum perpetuo extensam post equatorem Septentrionem versus latam; huic coniuncta sunt due ad dextram & leuam magnæ abyssi aquis per fretum admisis & interiectis, quas aquas Magnum mare appellari ostensum fuerat. dexteram partem Africam Geographi nostri dixerunt: sinistram Europam: longissimam, & his obiectam Asiam. Neque verò præter rationè accidisse olim videmus, vt orbis ab omnibus, qui de eius situ scripserunt, in tres tantum partes distingueretur. sed hoc perpetuum vestigium, & monumentum mansisse trium Noe filiorum, quorum familijs omnis olim orbis ita disseminatus est & cultus, vt semper tamen vniuscuiusque pars vt nominibus, ita etiam sedibus distingueretur: Septentrionalis enim & Occidentalis terra, que è Babylone, vnde diuisorum discessio facta est, continuatis itineribus oblata est, filiis Iapheth, quem Græci Iapetum dixerunt, cæsit omnis. Meridionalis verò ad Occasum vsque ferè ab ijsdem initijs, hoc est, à Babylonis confinijs cæpta secundo fratri Cham nomine, Græcis Cambisis dicto, est occupata, ab ijs, quod reliquum fuit inter Aquilonem & Ortum filiorum Sem, fuit: ad oram enim maritimam Meridiem versus Chami nepotes Chus filij longum tractum vsque ad terram Hauila, quam Ganges rigat, obtinuerunt. Horum partes gentium & familiarum serie proposita nos distinguimus; & quoniam tabulam pro libri videlicet magnitudine pinximus angustiore, quàm vt capere posset singulorum nominum satis expeditas inscriptiones, eam rationem commodiorem existimauimus, si notis quibusdam secundum loca apposis in spacio extra tabulam relicto, earundem notarum obseruata serie, nomina adscriberemus antiqua. Est autè illa ratio, vt filios Iapheth numerorum Latine notæ indicent, I. II. III. IIII. V. &c. Sem verò familie numeris Græcis, quas cifras vocant, notentur: 1. 2. 3. 4. 5. &c. Cham autem Gentes Romanarû literarum figura demonstrant, A. B. C. D. E. singularum igitur notarum series obseruata in tabula loca habitationum, in indice verò nomina ipsa demonstrabit Gentium. Nunc verò eadem seruata ratione posteriorum seculorum nomina apponemus.

PARS ORBIS IAPHETH  
A D S C R I P T A.

*Filiorum Japheth sedes.*

- I. גומר *Gomer.* Comari ita dicti Melæ: aliis Cymerij vel Cymbri, namque ex Gomer Comari, & ex Gomeris Cymbri procreati sunt.
- II. מגוג *Magog.* Massagetæ & Getæ Ptolemæo, Pomponio, & Straboni.
- III. מדי *Madai.* Mœdi Geographis omnibus nomen retinent.
- IIII. יון *Iauan.* Ion, vnde IONES & IONIA, nomē integrū Hebraicē tenet.
- V. חובל *Thubal.* Iberi Aquilonares iuxta Mœtidem Pomponio, nomine paulum mutato, aspiratā detracta, & L. in R. affinem: ab his Hiberis deductæ coloniæ Hispaniā occupauere, eamq. Hiberiam, sc̄que Hiberos appellarunt: vnde constans Hispanis fama est, Thubal fuisse primum illius regionis cultorē. sed nos aliās de hac re differuimus.
- VI. מֶשֶׁךְ *Mesech.* Moschi Pomponio hætenus tuentur nomen Moschoitarū.

*Filiorum Gomer sedes.*

- VII. תירש *Thirax.* Thrax. vnde Thraces & Thracia nomen retinent.
- VIII. אשכנז *Aschenaz.* Ascanij quondam dicti, postea Germani.
- IX. רפח *Riphath.* Riphaces siue Riphathes Melæ, aliis Riphæi.
- X. תוגרמה *Thogar.* Thurcæ Melæ, corrupto aliquantum vocabulo, tribus literis præcipuis conseruatis; T H. R. G.

*Filiorum Iauan sedes.*

- XI. אלישה *Elisa.* Elis. vnde Græci omnes Ἰλιenses dicti.
- XII. תרשיש *Tharshis.* Carthago in Aphrica, quā postea Pœni occuparūt. sunt qui Venetos ad Tharshis etiam referāt, & ad Phœnices quoq.
- XIII. כתיים *Chetim.* Cretēsē olim dicti, ab aliis Cortini; à quibus ea Italiæ ora, quæ quondam magna Græcia dicebatur, habitata fuit, & vrbs constructa, quæ antiquum nomen retulit; CAIETA, quidquid alij fabulentur.
- XIIII. דודנים *Dodanim.* In libro Paralip. דודנים Rodanim Rhodij fuerūt, nomē & significationem retinētēs: nam דוד idem significat Hebræis quod ῥόδος Græcis.

DVORVM, QUI OCCIDVAS  
PARTES INCOLVERVNT; NOMINA  
& sedes incertis parentibus.

- XV. ספרד *Sepharad.* SPERIDES Hispaniam hi occupates, Sperida vocauerūt; quo nomine à Græcis perpetuò illa regio dicitur.

XVI. צרפת *Sarphath.* Eam partem Europæ obtinere quæ Gallia dicta est. nam Galli primi ex Asiæ parte Bithyniæ vicina venerunt; indeque nomen Gallia secum detulere. ita perpetua cognatio fuit Gallorum & Galatarum. erat autem Sarphath in illa Asiæ Gallia, à qua ex adiuncto distinguebatur Sarepta, siue Sarphath Sidoniorum. Iuuenalis:  
*Quanquam & Cappadoces faciant equitesque Bithyni,  
Altera quos nudo traducit Gallia talo.*  
Alteram Galliam vocat illam Asiaticam.

*Filiorum Cham sedes.*

- A. כוש *Chus.* Nomen adhuc sua lingua retinent. sunt Æthiopes, gentibus & populis varij. Lusitani vocant Cussios.
- B. מצרים *Misraim.* Ægyptij. hætenus etiam Ægyptus, Arabibus ac Turcis dicitur Masra.
- C. פוט *Phut.* Africa Mauritania, Prol.
- D. כנען *Chanaan.* Nomen retinuit ad multa secula.

*Filiorum Chus, nomina & sedes.*

- E. סבא *Seba.* Sabæa regio thurifera.
- F. סבתה *Sabtha.* Stabæi Ptolemæo super finem Persicum, & Messabathæ ex Stabæis oriundi. Pomponius à sinu Persico quidquid in Africam vsque est; Æthiopicis adscribit.
- G. רעמה *Ragma.* Charmania Ptolemæo sic hætenus dicta.
- H. שבא *Seba.* Arabia felix interior Ptolem. regio thurifera & myrrhifera.
- I. דדן *Dedan.* Palmyrina regio Ptolemæo, in qua Alsdadanus vel Aldadanus mons magnus.
- L. בבל *Babel.* Babylonia regio cum vrbe metropoli eiusdē nominis.
- M. ארד *Arach.* Cyrrhestica regio, in qua Edeffa vrbs, quam D. Hieronymus vocat Arach.
- N. אכד *Achad.* Achabene, siue Achadene Ptolemæo, in qua Nisibis vrbs D. Hieronymo dicta Achad.
- O. כלנה *Chalne.* Chalcitis regio super Edeffam, Ptolem.
- P. לודים *Ludim.* Libyj proprie dicti postea, à quibus Libya reg.
- R. ענמים *Ghanamim.* Trogloditæ sunt Pomponio & Ptolemæo.
- S. להבים *Lehabim.* Libyj Cyrenaici, siue Libyes Ægyptij, Ptolem.
- T. נפתוחים *Naphthuhim.* Africa minor: & huic regioni subiacentes Numidæ.
- V. פתרוסים *Pethrosim.* Petrofi, vnde Arabiæ Petrææ nomen; cuius metropolis Petras dicta est.
- X. כסלוחים *Chasubim.* Sarracenos gentem multo post appellatā eo loco ponit Ptolemæus, & Mela Arabes.

Y.

- Y. פְּלִשְׁתִּים *Pelishim.* Palestini nomen diu tenere.  
 Z. כַּפְּתוֹרִים *Caphthorim.* Cappadoces: sic Chaldeus Paraphraſtes Onkelos, & Hierosolymitanus קַפְּתוֹרִיָּא

*Filiorum Sem sedes.*

1. עלם *Elam.* Elamitæ  
 2. אשור *Assur.* Assyrij.  
 3. אַרְפַּשְׁדַּר *Arphassad.* Sulij : & Sufiana regio.  
 4. לוד *Lud.* Lydi, & Lydia regio.  
 5. ארם *Aram.* Armenia maior.

*Filiorum Aram sedes.*

- עֵיז *Vs* Armenia minor: sic Chaldeus paraphraſtes in Iob.  
 6. חול *Hul.* Æolis.  
 7. גֵּתֵר *Gether.* Aetholios Mela circa hæc loca constituit, in quibus Afson & Gargara.  
 8. מֶש *Mes.* Misij & Miſia regio. Iuuenalis melius appellat Mefos: de grege Meforum.  
 9. אֶלְמוֹדַד *Elmodad.* Themeothæ sunt Pomponio & Ptolemæo: quorum pars est Seleph.  
 10. שֶׁלֶף *Seleph.* Selebij.  
 11. חַצְרַמְאוּת *Hassarmaueth.* Sarmathæ & Sauromathæ, Sarmatia regio.  
 12. יֶרַח *Iarabh.* Aria, & Arachosia, hoc loco sunt Melæ. Ptolemæo etiam Zarathæ.

13. חֲדוֹרָם *Hadoram.* Hircania.  
 14. אֶזַל *Vzal.* Oxia Bactriana, cuius cultores Oxij Ptolem.  
 15. דִּיקְלָה *Diela.* Scythia intra Imaum.  
 16. עֵיבַל *Ebal.* Bolitæ siue Obolitæ intra Caucaſum & Paropanyſum montes.  
 17. אַבִּימַאֵל *Abimael.* Imaenſes siue Imai, insignem montem eodem nomine habent Imaum.  
 18. שֶׁבַּא *Seba.* Sacæ sunt Pomponio & Ptolem.  
 19. אוֹפִיר *Ophir.* Ophire siue Opire, & Ἰνδία μετὰ θάλασσαν. Peru sic etiam dicta, quo tempore Paralipomenon historia cōscripta est. 2. Paralip. 3. 6.  
 20. חַוִּילָה *Hawila.* India omnis & Gangeticæ regiones.

*Duo ex filiis Iectan Gentes.*

21. יוֹבָב *Iobab.* Noui orbis dicti pars uocata regio PARIAS, auro margaritisque abundans.  
 21. סֶפֶר *Sepher mons* Longissimus omnium montium, qui hætenus in orbe visi sunt, à nostris ANDES dictus; in illa orbis parte adhuc manet vrbs antiquissima ΙΥΚΤΑΝ, quæ nomen auctoris illius Gentis retinet.

ORBIS TABVLA.

BEN. ARIA MONTANO.

AVCTORE.

BENEDICT. ARIAS MONTANVS  
 SACRAE GEOGRAPHIAE TABV-  
 LAM EX ANTIQVISSIMORVM  
 CVLTOR. FAMILIIS A MOSE  
 RECENSITIS: AD SACRORVM  
 LIBROR. EXPLICANDOR. COM-  
 MODITATEM ANTVERPIAE  
 IN PHILIPPI REGIS CAT-  
 HOLICI GRATIAM DESCRIB-  
 BEBAT. 1571.



צפון  
 Boreas  
 Cyrcius

IAPHETH  
 FILIOR  
 i Gomer  
 ii Magog  
 iii Madai  
 iiii Lauan  
 v Thubal  
 vi Mesech.  
 IAPHETH SEDES.  
 FILIOR GOMER SEDES.  
 הורש  
 Duorum qui occidentias partes i  
 nomina & sedes incertis pa  
 ספרד xv Sepha  
 צרפה xvi Sarph

זפירוס  
 Zephyrus  
 Fauonius

קרים  
 Eurus  
 Subfolanus

אבימאל 17 Abimael  
 שבא 18 Seba  
 אופיר 19 Ophir  
 חוילא 20 Haulah  
 Duo ex filiis IERTAN.  
 יובב 21 Iobab  
 ספר 22 Sephermos

תימן  
 Notos  
 Auster

FILIOR  
 CHAM  
 SEDES  
 אכוש A Chus  
 מצרים B Misrai  
 פוט C Phut  
 דנצון D Chanaan  
 FILIOR CHUS no  
 mina & ledes.  
 סבא E Seba  
 סבתה F Sabthah  
 רעמה G Raghma  
 שבה H Seba  
 דדן I Dedan  
 נמרוד Nimrod  
 Loca a NIMROD occupata cum  
 בבל L Babel  
 ארך M Arach  
 אכד N Achad  
 חאלה O Chalme  
 אשור P Allur  
 FILIOR MISRAIM  
 לודים Q Ludim  
 גנאים R Ghanai  
 להבים S Lehabin  
 נפחוזים T Naphth  
 פחדומים V Petrus  
 פלוחים X Chaltu  
 פלשתים Y Pelisthin  
 נפחוזים Z Captho

**PARS ORBIS**  
**FILIOR. GOMER SEDES.**  
 i Gomer  
 ii Magog  
 iii Madai  
 iiii Lauan  
 v Thubal  
 vi Mesech  
**SEDES.**  
 ER SEDES.  
 vij Thirax  
 m qui occiduas partes incoluerunt  
 na & sedes incertis parentibus  
 ספרד xv Spharad  
 צרפת xvi Sarphat


SEDES FILIOR. SEM.		
עילם	1	Elam
אשור	2	Affur
ארפכשד	3	Arphachsad
לוד	4	Lud
ארם	5	Aram
SEDES FILIOR. ARAM.		
חול	6	Hul
גתר	7	Gether
מש	8	Mes

**FILIOR. CHAM SEDES**  
 א Chus  
 ב Misrai  
 ג Phut  
 ד Chanaan  
**FILIOR. CHUS no-  
 mina & sedes.**  
 א Seba  
 ב Sabthah  
 ג Raghmah  
 ד Seba  
 ה Dedan  
 ו Nimrod  
**a NIMROD occupata cum filiis Chus.**  
 ז Babel  
 ח Arach  
 ט Achad  
 י Chalne  
 יא Assur  
**FILIOR. MISRAIM SEDES**  
 ק Ludim  
 ר Ghanamin  
 ש Lehabim  
 טו Naphthuthim  
 טז Petrusim  
 טז Chasuhim  
 יח Pelisthim  
 יט Caphthorim

FILIOR. IEKTAN SEDES.		
אלמודר	9	Almodad
שלף	10	Seleph
הצרמנח	11	Hassar maueth
ירח	12	Iarahh
הדורם	13	Hadoram
אוזל	14	Vzal
דיקלה	15	Dikla
ובל	16	Obal







hom  
cum  
quar  
bat  
omni  
max  
super  
quaa  
dem  
huius  
res p  
que s  
mult  
que s  
mine  
taru  
tas  
dele  
prie  
uias  
oppon  
no pl  
Qui  
Pota  
Super  
Riga  
Proa  
Ut ea  
Ut e  
Satu  
Illic p  
Mon  
Atqu  
omni  
idque  
& cl  
cos ha  
bore  
omni  
terra  
campe  
princi  
mus :  
agere  
ipsum  
psum  
ad qu

BENEDICTI ARIAE MONTANI  
HISPALENSIS IN LIBRUM CHANAAN, SIVE  
DE DVODECIM GENTIBVS

PRÆFATIO.



HANANAEI, post insignem illam linguarum diuisionem, eam occuparunt regionem, que quidem inter eas omnes, que sub celo sunt, ob soli vbertatem, aeris salubritatem, celi temperiem, frugum omnis generis abundantiam, atque aliarum omnium rerum copiam, que res tum ad hominum vitam sunt necessariae, tum etiam earum, que hominibus solent esse in delicijs, apud omnes homines maximis erat celebrata laudibus. Tantaque erat agrorum illius regionis bonitas, non modo suos vt incolas omnium redderet ditissimos, ac potentissimos; verum etiam eos, qui ceteris omnibus populis formidinem iniicerent. Vix enim quisquam cogitatione, nedum verbis consequi potest, quantam aleret hominum multitudinem, quot vrbibus, locisque suapte natura munitissimis referta esset illa regio exiguis circumscripta finibus: neque enim (vt eius dimensionis rationem ad geographiae normam ducamus) habet plura quam sexaginta millia passuum in longitudine; in latitudine vero quadraginta millia: regna, regesque habebat triginta & unum, praeter Sydonios, & Palestinos maritimos. Porro incredibilem hanc rerum penè omnium opportunitatem ipsa soli vbique fertilis natura effecerat; & quia regio illa quam plurimis, ijsque maximis, altissimisque montibus frequens erat, ultra quadruplum, maiorem sui vsum exhibebat, quam superioris celi, aut inferioris aerea spacia desinebant. Scimus enim montes altos, quaternis superficiebus, quadruplum ferè subiecta aerea magnitudinem continere; depressas quoque, atque decliues valles, planiciei eodem modo describenda modum longè superare. Quantum verò emolumenti ad homines redeat ex inaequalibus huiusmodi locis, nemo est qui ignoret: quippe varius, ac multiformis ille celi, solique aspectus ad omnis generis res procreandas mirificè est aptus, atque efficax. Praeterea calor ille natiuus, quo quidem cuncta gignuntur atque fouentur, intra montium caernas ac viscera varijs inclusus anfractibus, ac pro loci ratione, variè affectus, multiplicia rerum genera procreat, ac simul cum humore variè mixtus, ac temperatus, terram multo, optimoque succo ab se imbutam mirificè fertilem reddit, ac fecundam. Hinc, nimirum, metallorum, & lapidum; hinc mineralium (quae vocantur,) hinc bituminis quamplurima, diuersaque genera, hinc tanta arborum, atque plantarum, hinc infinita propè animalium, quae terra sponte quodammodo sua procreat, & gignit, multitudo ac varietas, quae in montibus conspicitur. Ferae praeterea, armenta, ac pecora nullibi commodius viuunt, nullisque adeò delectantur locis, aequè ac montosis & siluestribus. His accedit omnibus aquarum copia, quam montes, qui proprie הרים, id est, montes dicuntur, tum frequentibus fontium scaturiginibus, tum etià quia imbres, atque pluuiae ex caelo decedentes excipiunt, eaque à summo monte vsque ad imum defluunt, rebus omnibus vtilem, atque opportunam suppeditant. Atque haec quidem omnia sacer ille Propheta, ac vates omnium praestantissimus diuino planè hoc carmine significauit:

Qui emittis, inquit, fontes in conuallibus, inter medium montium pertransibunt aquae:

Potabunt omnes bestiae agri: expectabunt onagri in siti sua:

Super ea volucres caeli habitabunt: de medio petrarum dabunt voces.

Rigans montes de superioribus suis, de fructu operum tuorum satiabitur terra:

Producens fenum iumentis, & herbam seruituti hominum:

Vt educas panem de terra, & vinum letificet cor hominis:

Vt exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet.

Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani, quas plantauit:

Illic passeret nidificabunt, herodij domus dux eorum:

Montes excelsi ceruis, & petra refugium herinacis.

Atque his quidem omnibus ex rebus efficitur, vt minimè mirum sit, in tam exigua regione tantam fuisse rerum omnium commoditatem, tot vt regnis, tam multis vrbibus, pagisque propè innumerabilibus alendis sufficeret: idque potissimum cum montium niuibus, ijsque quae ex vallibus spirabant, auris nimium quorundam locorum & climatis calorem temperaret. Tota deinde regio inter duo maria, & Iordanem flumen sita, lacus non paucos habebat, eosque qui nauigabiles erant, & optimis abundabant piscibus. Praeterea continuo hominum labore & industria maximè erat culta, ac denique ea, quam Deus singulari quodam favore ac beneficio praeter ceteris omnibus regionibus prosequabatur, sicut scriptum legimus: Terra enim ad quam ingrederis possidendam, non est sicut Deut. 2. terra Aegypti, de qua existi, vbi iacto semine in hortorum morem aquae ducuntur irriguae; sed montosa est, & campestris, de caelo expectans pluuias: quam Dominus Deus tuus semper inuisit, & oculi eius super eam sunt à principio anni vsque ad finem eius. Porro illud imprimis adnotare, atque ad nostram vtilitatem referre debemus: ex huiusmodi, videlicet rerum omnium abundantia, ob quam homines & suauiter, iucundeque vitam agere, ac in honesto quodam otio versari commodè possent, quod quidem otium in Dei cultu, perpetuoque erga ipsum amore & obseruantia consumere deberent, post primi illius & communis omnium parentis Adami lapsum euenire plerumque, vt non modo eo, vt decet, non vtatur, verum etiam vt propter illud ad libidinem, atque ad quandam morum peruersitatem dilabantur. Qui enim omnibus vitae comodis ita abundant, ij tandem mihi

eos imitari videntur, qui cum in eo sint flumine, cuius vnde extraripas effunduntur, ipsique tanquam siticuli  
 aquam plus satis hauriunt, tandem vi fluminis, nimiaque aquarum abundantia prostrati atque deiectione, in pro-  
 fundissimis voraginibus submerguntur, multoque satius ipsis fuisset, ex limpido aliquo fonte aquam haurire,  
 quam ad maximum illum aquarum impetum accedere. Constat enim Chananæos, qui omnium terrarum opti-  
 mam, rebusque omnibus ad vitam necessarijs abundantissimam sortiti fuerant, dum paterna nequitia &  
 heredes, & imitatores essent, ob maxima illa vitæ commoda, atque ideo quia otio disfluebant, nullo sese pecca-  
 ti, scelerisque genere non contaminasse: adeo ut cum Deum suis flagitijs atque impietate irritassent, homines ma-  
 ximis affecissent iniurijs, terramque ipsam scelere nefario polluisent, tandem ipsi sibi exitium sint moliti. Nam  
 intra quadriennium reges illi, qui quidem numero erant triginta & unus, vna cum suis gentibus ac regnis pla-  
 nè extincti sunt, ac deleti: ac præter mortem æternam, qua digni fuerant, ipsorum nomina perpetua quadam  
 ignominia, & infamia turpitudinisque nota, Dei sententia, ac decreto, iniusta sunt. Adeo excellentibus Dei benefi-  
 cijs, ac præclaris naturæ donis, alijsque rebus ad virtutem colendam opportunis abuti solent ij homines, qui cum ter-  
 ram fertilem, atque omnibus rebus ad vitam necessarijs abundantem incolant, ipsi tamen omnium sunt nequis-  
 simi. Id quod Spiritus sanctus disertis expressit verbis, cum Mosi de Sodomorum, ac Gomorraeorum agro scri-  
 benti illa dictavit: Eleuatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuersa irrigabatur,  
 antequam subuerteret Dominus Sodomam & Gomorram, sicut Paradisus, sicut Aegyptus. Et paulo post addi-  
 tur: Homines autem Sodomitæ pessimi erant, & peccatores coram Domino nimis. Videmus etiam Israelitas, qui  
 quidem, licet à Deo sæpius admoniti, tamen quia ab ijs, quibus se contaminarant, peccatis ad bonam frugem re-  
 dire noluerunt, simul cum libertate & republica, omnia etiam huiusce vitæ commoda amisisse, atque, cuius rei  
 ipsi hodierno etiam die oculati testes sumus, in maximas misérias & calamitates, in quibus etiam num versan-  
 tur, incidisse, sicut scriptum est: Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, & dilata-  
 tus dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo. Cum verò non eos modo, qui peruersis im-  
 buti moribus, deprauataque consuetudine educati, sedeos etiam qui probis orti sunt parentibus, optimisque  
 instituti præceptis videamus nimia rerum omnium abundantia corrumpi, ideoque, Dei fauore & auxi-  
 lio destitutos, tandem in horrendas incidere misérias: pij certè homines eam rerum abundantiam, vitæque  
 commoda non optare, sed illis paupertatem & laborem anteponeere debent: aut si illa sibi à Deo concedantur, ca-  
 ueant potissimum, ne ijs abutantur, sed ea ad optimos vsus, & diuinæ voluntatis præscriptum referant: atque  
 ideo precibus à Deo contendant, eam ut mentem sibi iniiciat, quæ eos homines, qui illa conditione viuunt, ma-  
 ximè deceat, neque semper non veniat ipsis in mentem illius sententiæ, quam Christus ipse pronuntiauit: Quam  
 difficile (inquit) est eos, qui diuitias habent, in regnū Dei introire! Quoniam verò terra Chananæorum tribubus  
 Israelis iam olim à Deo destinata ac decreta, posteaque etiam requietis terrenæ nomine, illustriusque titulo insigni-  
 ta fuerat, quibus accedunt eorum, quæ ea in regione Deus gessit, præclara monumenta, quibus terra illa nobili-  
 tata fuit: neque eam solum Israelitæ coluerunt, atque habitauerunt, verum etiam patres ipsorum ad eam sæpius  
 accesserunt, in eaque fuerunt hospites: propterea sæpissime, sacris in literis, tum huiusce totius regionis, tum  
 singularum eius partium mentio fit. Ea verò nomina, quæ in sacris reperiuntur libris, nisi adhibita eorundem  
 locorum descriptione, certaque notatione, intelligi nullo pacto possunt. Atque hanc quidem ob causam, quantum  
 fieri potuit, nos nostram hac etiam in re operam libenter consumpsimus. Eorum enim locorum omnium eam at-  
 tulimus explicationem, quæ quidem sacræ scripturæ studiosis ad intelligenda ea loca, quæ in sacris recensentur li-  
 bris, ut mea fert opinio, satis esse poterit: est enim tum ex sacrorum librorum descriptionibus, tum ex situ ipso pe-  
 tita. Ad eamque adhibuimus totius regionis tabulam, Mantuani cuiusdam viri doctissimi, & Hebraicæ lingue  
 peritissimi sumptibus, liberalitateque in ipsa Syria Palestina confectam, quam cum nos Tridenti omnium exa-  
 ctissimam nacti essemus, eius exemplum cum sacris libris collatum, nostro huic, quem ea de re conscripsimus, li-  
 bro addidimus, atque in ea omnia loca Hebraicis litteris & nominibus descripta adnotauimus. Atque his qui-  
 dem omnibus in rebus si quæ forsitan desiderabuntur, quæ aut ob vetustatem, temporumque iniuriam,  
 aut quia, qui hisce de rebus exactius tractarēt, defuerunt, ad nostram notitiam non peruenerunt: vestrum est,  
 lectores, nobis ignoscere, nostrumque studium boni consulere, qui incerta pro certis habere, eaque alijs tradere  
 noluimus. Deum porrò omnis scientiæ ac sapientiæ fontem supplices orare debemus, ut Spiritu suo sancto in cor-  
 da nostra immisso, sua sapientia nostros animos repleat. Ei sit honor & gloria. Datum Antuerpiæ Nonis  
 Martij. 1572.

Genes. 13.

Genes. 19.

Num. 21. 13.  
Deut. 2. 13.Genes. 13.  
Genes. 14.Isai. 15. 5.  
Ierem. 48. 4.  
Num. 33.Deut. 32. 49.  
Deut. 34. 1.  
Deut. 34. 6.Num. 21. 20.  
Num. 21. 1.Num. 24.  
Isai. 12.Num. 33.  
Isai. 15. 1.  
Deut. 2. 9.  
Ierem. 48. 4. 8.  
Num. 21. 30.  
Num. 32. 32.  
Ierem. 48. 32.  
Ierem. 48. 3.  
Am. 1. 2.Num. 25. 2.  
Deut. 4. 46.Ierem. 48. 11.  
Ierem. 48. 32.Num. 32. 2.  
Ierem. 45. 32.

# BENEDICTI ARIAE MONTANI HISPALENSIS FAMILIÆ, SIVE DE CHOROGRAPHIA LIBER.

## DE FILIIS ORIENTIS.

### CAP. I.



**X**CHALDÆORVM natione  
duæ gentes oriundæ mediterranea  
locâ occupauere post diluuium mul-  
tis annis, Abrahamo adhuc inter vi-  
uos agente. harum principes duo  
fuere Moab & Amon, Lot patre ex  
duabus filiabus suscepti. Atq. Moab

sedes sibi optauit his cõclusas finibus; ab Ortu magnis  
& perpetuis mõtibus Horri; ab Occasu ingeti lacu, quod  
Mare salis dicitur, & Iordanis parte; à dextera verò illu-  
stri flumine Arnon, qui Amorrhæos à regione diuidit;  
ab Aquilone autem funiculo à Iaboc fluuio, vsque ad  
montes Pitsga, siue Phasga. in his amnes sunt, Iazer  
torrens, Nimrim ex montibus Phasga deductus, item  
Dibon, & ille totius regionis terminus Arnon, ab extre-  
mis montis Horræorum, ex rupe sui nominis defluens.  
Lacus ipse, quò ab occasu parte regio ambitur, terra  
olim fuit amœna & fertilis, multis bituminis minerali-  
bus frequens, Iordanis fluminis deriuationibus tota ir-  
rigata, quæ paulò ante Moab & Amonis ortû, ob nefaria  
incolarum scelera cælo tacta, atque omnis euersa, &  
perpetuæ detestationis monumento aquis submersa,  
vna, seruâdi Lot gratia, excepta vrbe, cui ex breuitate no-  
men est factû Tfoghar, siue Segor. Caterû quatuor ma-  
gnæ vrbes cû vicis & villis in ipsa euersione periire, Se-  
dõ, Ghamora, Adamah, & Tseboim. Locus omnis ante  
subuersione, vallis Hafidim dictus: postea verò Mare sa-  
lis, & Mare mortuû, & Orietale, & Sodomiticum ma-  
re. Lacui ab ortu montes imminet, in quos Moab ter-  
mini desinunt. Mõtes regio habet præcipuè insignes,  
ab ortu Phegor, ab Aquilone Luith, ab occasu Abarim,  
qui idem Nabo montes, & Hermõ, & Senyr secundum  
Iordanis fluentia. Sed in his Abarim præcipuè insignis  
propter Cananæ regionis subiacentis prospectum, &  
Mosis ibidem vita defuncti memoriam, qui nõ procul  
in valle, sepulchro nunquã amplius ab hominibus no-  
tato, diuina prouidẽtia cõditus est. Est & alia illustris val-  
lis in regione Moab in capite Phasgha mõtis, qui deser-  
tum spectat, Bamoth dicta, clara statione quondam Is-  
raelitarum, & victoria de Amorrhæis partâ transitum in  
promissam terram prohibetibus rege Balaac. Caterum  
regio ferè omnis campestris, multis & frequentibus vr-  
bibus olim per Moabitas culta; quarum illæ præcipuè  
commemorantur: Arnon secundum flumen sui nomi-  
nis sita, Moab latericio opere constructa, & paulò à flu-  
mine distantior, Gallim, Ar regia, gigatum olim Emim  
sedes, robustorum hominum de stirpe Enachim; Dibõ,  
Nophe, Medabah, & Nabo, Aroer, Araroth, & Roth,  
Sopha, Iaghazer, Iebghaah, Bethnemrah, & Beth-  
Aram, & Geminæ Horõ; superior in monte, inferior in  
valle sitæ; vtraque simul Horonaim dicta à Luith mon-  
tibus non ita longè distantes; Hesebon, & Elghale, Ki-  
riathaim, Bagdal, Meghon & Sabana, Heloniafa, ab  
aquare horrore dicta, Meipahhadh duobus insignis pal-  
metis, Diblathaim, Bethgamul, & Bethmaõ, Kirith &  
extrema Boffor siue Bofrah, & Nimrim iuxta fluentia:  
Sithim locus & oppidum, æternum Israelitarû incestus,  
& vltionis diuinæ monumentum à Phinea sacerdote  
iram deprecante diuinam consecratum; ibidem etiam  
turpissimi nominis, & falsi dei fanum Baghal Peghor.  
Terra omnis ab initio fertilis est, sed quæ Iaghazer pars  
est versus Galaad, pastionibus abudat optimis: & peco-  
ri, armentisque alendis opportunissima habetur. Huius  
partes insignia oppida, Dibon, Iazer, Atharoth, Nem-

ra, quam Beth-Nemra diximus, Hesebon, Elghale, Sa-  
bain, Nebo & Beon: sed Sabama, Elghale, Kiriathaim,  
Baghal Meghon, & Sabama vicis generosis instru-  
ctæ. Viri ipsi robusti, qui gigates de stirpe Enachim par-  
tim occisos, partim loco pullos eiecerunt, Deo iudice &  
vindice. Circumcisi omnes ex imitatione filiorû Abra-  
hæ. Veruntamen Deum Abraham non colebant; sed  
alia ementita numina, quorû præcipuum Chamos fuit.  
Atque hæc olim Moabitæ loca tenuerunt. Sed ab A-  
morrhæis postea Iordanè prætergressis, Schõ rege oppu-  
gnati & victi, magna & fertili agrorû & vrbium parte ce-  
dere coacti sunt: inter quas fuit Hesebã, cum omni per-  
petua occidentali plaga vsque ad Arnon. Sed is non mul-  
tò post Israelitis in Iasam cum exercitu infesto occur-  
rens, & vita & regno fuit priuatus.

### AMON.

### CAP. II.

**P**ROXIMVS fratri Moab confedit minor natu  
Amon, terrâq. occupauit à mõtibus Luith vsque ad  
mõtes Bassan; ab ortu mõtēs perpetuos, Acrabim dictos,  
cõtra terrâ Emim; ab occasu verò Amorrhæum habuit.  
Ager ipse vallis inter montes sitæ vsûm præbet amœ-  
nissimæ & fertilissimæ: olim cultus fuit à ferocibus, &  
proceræ staturæ hominibus, quos Ammonitæ Zom-  
zomin vocabant. Sed inductis Amonitis, illa natio ex  
diuini iudicij sententia perijt. Fluuium habent insignè  
Iaboc, qui ab ortu ex montium inflexu exortus, & com-  
munem cum Moabitis terminum Aroer vrbem præ-  
terfluens, ab occasu in Iordanem influit. Vrbibus fre-  
quens regio in plano, & in monte constructis. In his an-  
tiquissimæ commemorantur, Rabath à populi & loci  
magnitudine dicta, in qua miræ magnitudinis lectus  
ferreus mõstrabatur, quo Og rex Basan magnæ staturæ  
vir iacuisse perhibetur, & Hesebon in monte sita in  
Moabitarû confinij, & Hai, & Mennith, inter quam &  
Aroer viginti vrbes fuere, quarum nomina ad nos non  
peruenerunt, præter vnam Abel, vinearû copia insignè.  
Hi etiam, vt Moabitæ, circũcidebantur: sed Deum ve-  
rum non colebant. Melcho enim deorum nuntium, &  
Chamos sibi præcipuos consecrauerant.

## DE FILIIS ORIENTIS.

### CAP. III. FILII CETVRE.

**D**VÆ præter Saram ex Abraham populorum ma-  
tres fuerunt, Hagar Aegyptia, quæ viuente Sara  
filium Ismael suscepit; & Cetura vxor, quæ defunctæ  
vita Saræ successit in familiarem curam. Harum filijs à  
promissa sibi Cananæorum terra exceptis, orientalem  
plagam pastionibus opportunissimam occupandam &  
frequentandâ ostendit pater, muneribus ad vitæ vsûm,  
atque ad pecuariam comparandam rem abundè satis  
distributis. Fuere autem Abrahæ ex Cetura filij, Zam-  
ram, Iechsam, Madan, & Madiam, Iesboc, & Sue. Hi  
deserta loca inter se diuisa, inter Moabitas, Amonitas,  
& Chaldæos, ac Persas pastionibus peragrarunt, occu-  
paruntque suis, Ortum versus; vnde Orientales, & filij  
Orientis perpetuò dicti ab Aram Naharaim ad Persi-  
cum vsque sinum, & mare Suph. Sed Madian ea quæ  
versus Austrum sunt, occupauit vsque ad Horeb mon-  
tem, atque occupatos agros inter filiorum familias  
sex partitus est, Epha primûm, & Henoc, Epher, He-  
noch, Abida, & Eldaa, vt ætatis, ita etiam locorum or-  
dine constituto, aquam ex puteis hauriunt. Huic pro-  
xima Aquilonem versus loca tenuit Iecsan cum Saba,  
& Dadan duabus filiorum familijs. quarum altera  
tribus liberis profeminata sobole latissimè locis propa-  
gata

gata est. Inde enim Assurim orti, patre, ut iam commemorauimus, Assur, qui ex occupata per Nimroth provincia, in Euphratis amnis agris magnas vrbes, & Assyriorum regnum condidit. Secundus Dadan filius fuit Latus, à quo Latissim nomen & locum obtinuerunt Assyrijs proximi; deinde Lau, vnde Laumin dicti duo. Atque hi duo præcipue Arabes sunt, incertas sedes, pascuorum causa, peruagantes. Tentoria pro domibus habent: dromedarios, & camelos ad oneris ferendi, & vecturæ commoditatem alunt: eosdem phaleris, & bulis ornant, præcipue eos, quibus principes, atque homines ipsi perforatis atriibus aureas in aures appendunt: regibus purpureæ vestes in primis gratæ: comas tondent: arcu & sagittis in bello vtuntur. Saba multis rebus abundat elegantibus, comprimisque hyacinthino coloris artificio. Mercatores etiam fuere ad Tyrû, multam & variam delicatarum mercium copiam ferentes.

## DE ISMAEL.

CAP. IIII.

**M**AIOR ætate Ismael fuit ex Aegyptiâ ancilla natus, minor tamen ordine ob legitimarum nuptiarum ius Ceturæ filijs adscriptum. Sed diuini oraculi promisso, Ismael in duodecim velut tribus creuit, duodecim progenitis principibus filijs, Nabaioth, Cedar, Adbeel, Mabsam, Masinah, Dumah, Massab, Haddad, Themad, Iethur, Naphis, Cedma. Qui omnes paternum nomen Ismaelitarum perpetuò tenuerunt, aliquando ex Nabaioth, plerumque verò ex Cedar secundo filio cognominati. Cæpit autem eorum habitatio à deserto Pharam, vbi Ismael Aegyptiam vxorem horum matrem duxit; atque inde propagatus, nonnunquam pulsus alijs, nonnunquam ab ipsis pulsus, interdum oppressus, aliquando inducijs factis inter Ceturæ filios, quemadmodum oraculo fuerat declaratum, commoratus est, sicut scriptum est: Duodecim duces generabit, & faciam illum in gentem magnam. Et hic erit ferus homo; manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum, & è regione vniuersorum fratrum suorum figet tabernacula. Horum autem prima habitatio ab ortu meridiem versus in Heuilah cæpta, ad occasum in Sur tendit urbem antiquam, atque Misraim terminis finitimam, non longè à Kades, monte ac solitudine: Ab Aquilone verò ad Assurim vsque producta. Inter quos non procul à Dedan Ceturæ filio Thema diuturniores, & magis notas habuit sedes, & proximas vrbi, cui nomen fuit Buz; vnde Buzithæ dicti, qui postea Effithæ ab alijs appellati sunt. Terra omnis pecoribus, armentisque alendis optima, atque homines ipsi ei arti præcipue dediti, tentoria subeunt, quæ supellectili elegantiori instruant. Pellibus ad omnem vsum rectè paratis abundant; camelos, & armenta alia plurima alunt. Pecudumque genus omne præter cæteros pastores numerosum possident. Agnos, arietesque, & hædos ad emporia, vendendi causa, asportant: comam, vt vicini Arabes, attondent. sagittarum, missiliumque conijciendorum peritissimi habentur. Quidam ex illis mercaturâ exercent, maximè qui Galaaditidi regioni viciniore sunt; vnde resinam, stacten, aliaque aromata in Aegyptum camelis asportant.

## DE HORRAEO ET EDMO.

CAP. V.

**E**X ANTIQVO gigantum genere Seghir superiores Moabitis, Nabathejs verò inferiores montes adiacentes, atque Moabitis finitimos campos tenuit. Fuit autem eius prima sedes in monte Hor non longum à salis mari distante, qui ab occasu Cades despicit: à dextera verò Arabiam & maris Suph littus prospicit. Hinc sobole per continuatos montes ad ortum, atque ad Aquilonem procurrentes propagata, regiones certis nominibus ex filiorum monumeto appellatis, in heptarchias diuisit, cuiusque posteritate sua habitauit. Atq. he-

ptarchiarum nomina & series huiusmodi est: prima Lotha, in duas familias diuisa; Hori, qui motè ipsum possessionis initiu incoluit; & Hemâ, qui proxima loca tenuit. Secunda Sobal, in regiones diuisa quinque, Aluan, Manabath, Ghebal, Sapho, Onam, quorum nomina regiones ipsæ acceperunt. Tertia Sebeon, quæ & in duabus partibus cessit, altera Aia filio, altera eius fratri Ana, qui primus, equis cum asinis, quas pascebat, commixtis, mulorum genus, & vsu mortalibus ostendisse dicitur. Hic duplici etiam prole clarus fuit, Difon filio, & Oholibama filia. Quarta hexarchia obtigit Ana, alteri ab illo mulorum inuentore, cuius nulli commemorantur liberi. Quintam verò obtinuit Difon, quam filijs quatuor impertitus est, Amdam, Esebam, Iethron, & Charam. Sextam Efer habuit, filijsque Balaan, & Zauan, & Acan concessit. Porro septimam atque vltimam Nabathæis, atque Amonitis finitimam tenuit Difon, cuius partibus nomina à filijs indidit Hus: vnde insignis ille sapietia & virtutis omnis laudibus celebratus Iob fuit, & Achan. Verum Esau Isaac filius, qui propter familiarum & rei pecuarie frequentiam, pastionumque, vtrisque simul angustum locum ab Iacob fratris consuetudine discessit, Seghir montes paulatim bello occupatos, tandem omnes ex diuino iudicio vsque ad Cades obtinuit, atque antiquis abolitis, ex filiorum suorum nominibus appellauit, imposito tamen omni terræ & gèti nomine à fratre sibi indito Edom, in perpetuam cum fratre similitudinis signum. Atque tetrarchis initio constitutis, ditionem omnem trium vxorum filijs diuisit obtinendam. Primas enim sedes secundum Hor montem Eliphaz ex Ada Hethæa matre natus sortitus est, cum filijs ex legitima vxore quinque, Theman, Omar, Sopho, Gathan, & Chenez; atque ex Thamna concubina Amalech & Core. Secundam tetrarchiam obtinuit Rahziel, susceptis Nabath, & Zarah, Sama & Meza quatuor liberis. Tertiæ tetrarchiæ domini fuerunt filij tres ex Oholibama, Anæ Cananæ filia, Sabeonisque neptis suscepti Iehus, & Ihelon, & Coreh. Singulæ autem tetrarchiæ in tot myriadas (sive ducatus, sive marchionatus dicere velimus) diuisæ sunt, quot filiorum & nepotum nomina fuerunt: fuit enim illorum distributio, gentis more, in myriadas facta, atque ita singulis vel filijs, vel nepotibus cum prefectura myriadis nomen quoque Aluph est concessum, quod Millenarium, sive Milliatu interpretari possumus. Fuitque huiusmodi myriadis nominum & locorum series cum nominibus ipsis prefectorum distributa: Aluph Theman, Aluph Omar, Aluph Sepho, Aluph Gathan, Aluph Chenez, atque ex Thana concubina Eliphaz, Aluph Amalech, & Aluph Coreh. Secundæ tetrarchiæ myriades cum primorum prefectorum nominibus sunt: Aluph Nahath, Aluph Zarah, Aluph Sama, Aluph Meza, ex Basemath progeniti omnes. Tertiæ tetrarchiæ inter se diuisam rexere Oholibama filij: Aluph Iehus, Aluph Iethon, & Aluph Coreh. Atq. his olim omnis Edom terra gubernabatur millenarijs, quo primum tempore ab Elau occupata est; deinde regione in regni formam redacta, myriada facta mutatio est, minori numero, & nominibus variatis. Hoc modo Aluph Thamna, Aluph Alua, Aluph Ietheth, Aluph Oolibama, Aluph Elah, Aluph Phinen, & antiqua nomina retenta, Aluph Cenez, & Aluph Theman, & nouis nominibus Aluph Mapfar, & Aluph Magdiel, & Aluph Hirâ. Hi omnes regi vni cuiusque, qui cæteris imperaret, delecto parebant. Erant autem Edom termini idem qui olim Seir, perpetuis Horraei montibus, tractu ex Theman, Cades finitimo in Aquilonem procurrente, atque ad occasum contra Luit montes deficiente. Valles quæ præcipue insignes habentur, Rohoboth dictæ, ab amplitudine nomen acceperunt. Regioni in montibus fontes, in campestribus verò putei aquas suppeditant. Antiquæ vrbes, Denaba, Bosra, Hauith, Masrecha, Phaur, omnes hæ regum patriæ, & Dedan. Gens ipsa bellicorum studijs aspera, prudentiæ ac sapietia miræ iactatrix.

SVM-

SVMMA TERRÆ CANAAN  
DESCRIPTIO. CAP. VI.

**C**OMMUNIS discessionis necessitate pulsus Canaan regionem tenuit vario & multiplici situ notabilem, sineque constituit ab Ortu flumen insigne ex fontis nomine, atque declivi descensu IARDEN dictum; ab occasu verò magnum mare; dexteram autem partem Misraim, & Arabum tractus fluuio non ita magno interiecto, sinistram insignis ille mōs Libanus claufere. Iarden flumen non longè à Libano duplici capite, sed altero vberiore exortus dexteram versus aliquandiu procurrens, ad ortum paulatim, quoad in obiectos montes offenderit, deflectit; indeque rursus ad dexteram recepto cursu, lacum in ipso primo flexu efficit, cui accolæ nomē מֵי קָדְוֹן, id est, aquas supremas, fecere. Excipitque eodem in loco fontis illustri aquam, quem fontem posteriora tempora Daphnin dixerunt: deinde vbi alueo ripis angustioribus contracto, fluuij nomen, formamque receperit, atque aliquantum produxerit, rursus propulsa ad Ortum, & Occasum margine, lacum efficit, atque implet, superiore maiorem, piscibus optimis, & plurimis abundantem, aquis etiam dulcissimis; qui ob occupati spacij, pro regionis angustijs, magnitudinem, atque ob admittas ex ventorum vi tempestates maris nomen obtinuit, atque à citharæ fortassis forma, quâ refert, CHINERETH mare dictum est. Exteris verò nationibus, quæ regionem postea vel inuaserunt, vel viferunt, mutata paululum voce, Genezareth appellabatur. Ex eo lacu rursus in angustum coactus Iordanis fluuius fit, restà in Austrum tendens, auctusque ab Occasu defluentibus ex monte Thabor; ab Ortu verò laboc fluminis aquis in Ortum insigni flexu vertitur, atque decurrit; deinde ad dexteram contento fluxu procurrens, amoenissimos quondam campos, & quinque magnis vrbibus continendis, atque alendis opportunos, & vallem mirè fertilem, canalibus deductis, irrigabat. Sed locis postea ob incolarum scelera cælitus incensis, spatium omne maximo lacu est occupatum, aquis fluminis crassissima, & grauiter olenti salugine infectis, quæ nec nauigia ferunt, nec animantè vllam alunt; nec tempestatibus etiã tolluntur; vnde à quibusdam Mortuum mare illud dictum est: Accolis mare salis, Græcis autem, cū postea est cognitum, ἀσφαλθίτης lacus, à bituminis copia fuit appellatus. Vallis illa, antequam lacus esset vallis, מֵי קָדְוֹן, id est, copiarium dicebatur. Hoc mare, siue hic lacus ex Moabitarum agris, quos ab Occasu terminabat, tria nō magna flumina excipit: Iordanis quoque ostio proximas aquas NIMRIM, longè vterius versus Austrum, Arnon fluuium, qui Moabitas ab Horræis dirimebat. medium verò alium, cuius antiquum nomen ad nostrã vsque memoriam non peruenit. Iordanis ipse tempore messis exundans, vtrãque aluei ripam superat. Hoc igitur mari, & Iordanis continentibus vel marginibus, vel ripis, Libano monte, & mari magno, atque fluuio Ægypti dicto, tota Canaan regio contenta fuit; cui ab Ortu vicinæ gentes adiacebant, Gessuræi, Mahhathæi, & deinde Bassani celeberrimi montis accolæ Amonitæ, & Raphaim vsque ad Moabitas, quibus inter Amalech & mare salis sedes erant. A dextera verò Horræorum pars ad Arabas vsque, & ditionis Ægyptiæ non magnus tractus. Ab Aquilone autem Aram Damasci ad Sydonis vsque terminos Regio montibus frequens, ijsque perpetuis; vallibus etiam & campis, quâ depressior terra est, & situ, & natura optimis. Parua flumina, raraque emittit; partim in Iordanem ad Ortum, partim etiam in magnum mare influentia. Ex montibus citra Iordanem præcipua nomina obtinere: Thabor, mediã fere ipsius regionis loca ab Aquilone percurrens; & Carmel magno vicinior mari, & super hunc Saronne montes: vterius etiam ad ortum Garizim, ad dexteram etiam producti Cananæorum, superioreque his Iebusæorū montes, & Cananæis inferior Sanir. Regio ipsa omnis, si cū

alijs conferatur, excelsa est: vndique enim ad eã adeuntes ascendunt. Quamobrem & puriori, nobiliorique solo prædita, & cæli aërisque temperie præcipue felix, præterquam quod olim Dei prouidentia singulari fouebatur, fontibus, ac torrentibus abundat, atque vbi his deficitur, puteos habet aquæ dulcis, riuos etiam ex fontibus deductos, quibus irrigari prædia possunt. Frumenti, hordei, vini, atque olei ferax: vuarum botri admirandæ magnitudinis in vitibus crescunt: fructibus & pomis omnium generum fertilis: ficus, oliueta, & punica mala sponte etiam sua profert. In montibus ferrum, atque aris metalla effodiuntur. melle adeò abundat, vt manare etiã dicatur, quemadmodum & lacte, propter innumerabile ouium, caprarum, armætorum, & totius pecuariæ rei copiam. Ex his quæ ad vitæ delicias, vel medicinæ vsus faciunt, præcipue commèdatur balsamum, vni tūc orbis parti generosissimū à Deo cōcessum. mel, aromata, mastix, & duo nucum genera; alterum amigdala Latinis dictum; alterum verò, quod optimum in ea regione est, patria lingua, מֵי קָדְוֹן, Græcis, & Latinis pistacea dictum. Hominum genus illud antiquum, ferox, corpore præcero, & ad gigantum speciem proximè accedens; ingenio ad delicias, voluptates, atque ad omnē turpitudinem procliue; moribus corruptis, vt Cham patris antiqui improbitatem studiosè imitati fuisse existimantur. Vrbes grandes, & natura, opereque munitissimas habuerunt; in quibus antiquissimæ fuere, Hebron, quæ alio nomine Kiriath Arbath dicta est, septē annis ante Tanim Ægypti condita, patria quondam filiorum Enach; & Bethel, quæ antea ob nucum copiam Luza vocabatur, Deborah, Rebecæ nutricis sepulchro insignis; Hai & Hoba ad læuam Damasci; Sichem, siluestris arboris sui nominis copia notabilis; & Ephratha, iuxta quã Rachel vxor Iacob est sepulta. Illæ etiam vrbes antiquæ fuerunt, quas postea perpetua demersione damnatas Deus euertit, Sodoma, Ghomorrha, Adama, Seboim, & Bala. Ab illa autem clade paruum oppidum est exceptum, cui ex breuitate nomen Soghar, siue Seghor est factum, insigne singularis erga Lot beneficij monumentum.

## DE DVODECIM GENTIBVS.

## CAP. VII.

**Q**VANDO diuidebat Altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel. Igitur duodecim oportuit gentes esse, à quibus terra illa habitata, culta, apparatusque fuit, in quam duodecim Israelis filij sedes obtenturi deducendi erant. cum autem numerum Chanaan ipse cum vndecim filijs compleuit. Nam Sidon primogenitus Chanaan maritimam oram ab Aquilone ad dexteram, vsque ad Palestinam occupauit; ab Ortu Aram Damasci, & quosdam alios ex frateris agris finitimos constituit. Huic proximus versus Ortum superior consedit Hheth, à quo tota regio, & gens Hhethæi nomen accepit, vsque ad montis magni vicina loca, quem accolæ Gelboe dixerunt. Tertius in dexteram Iebus processit, gentique suæ nomen reliquit Iebusæi. Emor quartus, vnde Emorrhæi orti, mediterranea magis loca tenes, Iebusæis ad Occasum adiacebat. Gircasæorum autem familia supra Hhethæos Iordanis fluuio vltra citraque assedit, qua parte Aquæ Maron, & lacus magnus Chineret est. Heuæorum genus inter Emorrhæum & Palestinum habitauerunt. Arac posteritas à patre suo obtenta loca coluit, Libani montis radices, & partem quã mons in dexteram respicit partem, gens Aracæa dicta est. Sinæus Hhethæo vterius versus Ortum fuit ad Iordanem ferè propagatus, nisi quantum Heuæorum gens primarū sedium angustijs exclusa, ad illi flumini proximos agros colonias deduxit. Arad nonus ex Canaan filijs vltra Hheuæum, & Emorrhæum vastæ solitudinis Cades vicinam regionem coluit. Decimus etiã Sanir montes conscendit geminos inter Gircasæos,

Isa. 18.

Deut. 11. 30.  
Iudic. 1. 9.

gafæos, Sinæos, Hhethæos; iisdemq. nomine indito suo, gētem à se ortam colonias dedit: mōtes ipsi Semaraim, gens autem Semaritis dicta, siue Semareus pōpus. Porro vndecimus ex his Hhamath ea loca optavit, quæ diuiso Libano monte ad Aram Damasci facile accessum præbet: ditione verò secundū primos Iordanis meatus ad aquas MARON dictas vsq. ferè produxit. His annis meramus ipsum patrem Chanaa, qui diuisa inter filios regioni omni suum cōmune nomē reliquit, & quæ ipse degeret, partem sibi retinuit inter Palæstinos, & Emorrhæos longis & continuis ferè montibus, ac depressis vtrinque, magnisque vallibus præ cæteris insignem. Atque ita duodecim populorum gentibus & nominibus tota regio cessit colenda; quorum illa series est, Sidon, Hhetæus, Iebusæus, Emorrhæus, Gergafæus, Heuæus, Aracæus, Senæus, Aradius, Samaræus, & Hhamathæus; horumque omnium pater Chanaan.

DUODECIM GENTIVM IN-  
SIGNES MONTES, ET  
VRBES. CAP. VIII.

Isa. 23.

**P**RIMOGENITVS Chanaan Sydon urbem sui nominis condidit omnium primam, secundum maris littus, fluuio ex Libani montis finibus deducto proximam. Ab eius autem posteris T S O R, nostris Tyrus condita est in maris exigua insula, urbis tantum, ædificiorumque capaci, exiguo interuallo à continente diuisa: dextera, læuaque portibus instructa, quæ totius terrarum orbis emporium celeberrimum fuit. Nomen ab angustia, fortitudineque loci habuit, vnde & à varibus Fortitudo maris est appellata: sed cum semel à Babylonij capta, ac diruta fuisset, iterumque valere, ac pristinae superbiae insolentia tueri perrexisset, aggere per Græcorum exercitus comportato, iterum capta, atque diruta fuit, continensque cum vicina terra permanfit, à qua antea septingentis passibus, præalto, ac portuoso mari diuisa erat. Interiora regionis loca & oppida, quæ videntur antiqua, fuere Helim, secundum Libani radices, Beth Enath, Cedes, & Orez: regio omnis ab elegantia Græcis *Φοινίκη*, Latinis Pūnica, & Phœnicia dicta est. Hoc enim incolarum lingua *פון* significat. In H H E T H Æ O R V M tractu præcipuus mons est Thabor; ab umbilici forma, quæ referre videtur, dictus. Urbes antique Chul, & Cophec, & Rimon, & insigniter illustris, ac regia Achsaph. IEBVSÆIS maxima vrbs regia, quæ ciuitas fuit IEBVS à cōditore Chanaan filio dicta, in mōtibus cōdita; eadem etiam Salem appellata, quam posteriora tempora ob editiorem situm IERVSALAIM dixerunt, quod altera eiusdem nominis apud Chanaanos esset Salem. Ad hanc regionem pertinet Maspha mons cum vrbe & turri eiusdem nominis ab specula obtenti, cuius vsus locus ille dabat. Ex monte Almon fluuius ortus in Iordanem non longè ab ostio, quo Mare salum aperitur, defluit: ab Occasu campus magnus monti adiacet, qui gentis vocabulo ELON MOREH, à nostris conuallis illustris dicta est, inter illum quem diximus, & alterum Amorrhæorum montem, cui Garizim nomen fuit. Maximus enim Amorrhæus mons est Garizim, in quo Luza olim ex nucum copia dicta fuit, cui postea Iacob nomen fecit Bethel: secundum verò alios mōtes ad Austrum Eglon & Kiriath Arbagh, eademque Hebron appellata, regie vrbes. G I R G A S Æ I insignem ac regiam habuere urbem & ædes; & his vicini Aracæi Hassor maximam, Hefram aliàs dictam, & Samanan, & Cartha, & Accadim, & Iebnael, & Efeb. H E V Æ I S inter montes Sanir & Palæstinum Gazæ regnum sitis vrbes fuerunt primæ, Makedah, Adullam, Gader, Taphuah, Harmah, & Hered; his finitimæ Palæstinæ vrbes Gaza & Gath, earumque regna fuerant. Ex Heuæis deductæ colonie secundum Iordanem confedere, quæ Iacob fluuius ab Ortū excipitur, urbemque insignem tenere, à Faustitatis numine, quod in ea præcipuè colebatur, Baghal Gad nuncupatam: idem Aroer Gentium

dicta possidebant. S I N Æ I inter duos ab Ortū, Occasusque mōtes, & fluminis ex Thabor decurrentis aquas vsque ad cōuallem illustrem siti, Thirsam cum Amorrhæis ferè comunè habitauere. sed præcipuè tenere Beth Hhoiō, à nimio æstu, sicuti arbitramur, appellatā. S A M A R Æ I Semir montem; vrbes verò Nahhalon, Dothaim, Dabereth, Salim, & Iasæ tenuere. H H A M A T H Æ I S Hhamath magna appellata nomen conseruauit, quibus etiam Riblatha obtenta est, & totus tractus vsque ad Cedes. Porro C H A N A N Æ I & montes Bethel, quæ eadem Luza ab Ortū, & Sarone ab Occasu insignes possedere; horumque ramenta multis partibus interiecta campestribus, planisque locis, mireque fertilibus agris, qui plures atque magnas alebant vrbes, Megido, Salem alteram ab illa Iebusæorum, Gazer, Siché, Apheca, Bethel cum Emorrhæis comunem. In A R A D Æ O R V M ditione Arada fuit, & citra Sannir montes Debir ciuitas, & cui ex siluarum densitate nomen est factum, Kiriath-Iegharim. Ex Emorrhæis orti P H E R E Z Æ I. h. j. mari Salis finitimum spacium occuparunt, illustri inter cæteros accolæ sibi parto nomine, Geth regiam urbem, & Beth Gharaba ædificarunt & coluerunt. Horum ditio secundum mare per Aphecam vsque ad Iericho producta est. Fuit autem Iericho regia, situ, & opere apprimè munita; vrbs palmetis frequens, vnde & Palmarum ciuitas dicta. Sed præter omnes terrarum tractus, ob balsami nobilissime arboris copiam, illi vni agrosingulariter à Deo concessam illustris, ac celebris; ex cuius odoris vi atque præstantia nomen est sortita, I E R I C H O. Næque Aegyptiū balsamum, quam regionis huius, longè minus est generosum. Aquas olim habuit insalubres, quas postea Eliseus propheta salubritate correxit.

DE TRIBVS GENTIVM PRAE-  
CIPVIS NOMINIBVS AC DE  
HEBRÆIS. CAP. IX.

**C**HANANÆORVM nomē commune omnibus alijs vndecim gentibus, fuit à patre acceptum, & cognationis retinendæ, atque societatis, mutuique auxiliij præstandi causa conseruatum; vniuersaque regio terra Chanaan dicta fuit; & communis omnium incolarum lingua, quam Hebræam alij vocant, Chanaan lingua appellata fuit. Sed præter Chanaan præcipua alia nomina fuerunt, Emorrhæi, Pherezæi, qui populorum, gentisque frequentia, atque rerum etiam copia, locorumque præstantia cæteras excellebant familias, diuisisque tractibus, in suam societatem; seu municipiorum iure cōscriptas fortiebantur. Emorrhæis enim loca mōtana, & proxima campestria citra Iordanem adscribebantur. Chanaanæis verò quod ab Emorrhæis ad mare vsque magnū producebatur regionis. Media inter hos pars, secundum appellatum Salis mare Pherezæorum erat. Atque inter Emorrhæorum partes Ierusalem recēsebatur vrbs, Iebusæorum, vt diximus, regia, & Hebron Ierimoth, & Lachis, quæ regum etiam sedes fuere. Chananæorum campestria loca, in quibus & Galgal vrbs ad eos pertinuisse commemoratur. Hebræorum autem nomen non certæ cuiusdam familie fuit; sed commune omnium, qui cum Euphratem flumen traiecissent, inter flumen ipsum, & mare magnum sedes sibi optauerunt, atque tabernacula fixere. Significat enim verbum ipsum *עבר* idem quod Latinis transiens, vel transmittens. atque hac significatione ad eos dignoscendos vsurpabatur; qui post primam illam gentium diuisionem è loco, vbi maiores ipsorum confederant, migrantes, flumine traiecto, in proximas regiones certis iam cultoribus & nominibus adscriptas deuenientes, aduenarum potius, quam indigenarum iure vtebantur. Huiusmodi commigrationis primus omnium viam inuitit Heber, viuendi commoditatem nomini suo consentaneam quærens. Cuius exemplum imitatus Thare, sextus iam familie nepos cum Abraham filio in eandem regionem migravit. deinde Abraham ipse in Chananæorum agris hospitem agēs, duplici cau-

fa

sa Hebraei nomē obtinuit; & quod è patria in Haran, & quod ex Harā in Chanaā pertrāsisset. Illius etiam filij & nepotes interim dum nullas proprias obtinuerūt sedes, Hebraei ab Aegyptijs, alijsq. nationibus appellati sunt.

DE HEBRAEORVM PEREGRI-  
NATIONIBVS. CAP. X.

**V** A G I instabilesque diu Hebraei illi, quos diximus, varia regionum, vrbium, atque agrorum hospitia mutauere; neque tamen vsquam promissorum immemores, incertue sediū, neq. diutius expectatae promissionis tadio affecti. Horum namque pater Abrahā primus Thare patris sui cōsiliū secutus, ex Vr Chaldæorum profectus, amneque traiecto in Haram Naharaim, hoc est, interamni cōsedit; defuncto autem vita patre, promissione, imperioque Dei ductus, in Emorrhæorum regiae Sichem migravit agros, eamque conuallē hospes tenuit, quæ accolis Moreh, Latino interpreti illustris dicta est. Ibidem cum esset Dei nomen, & cultum palam professus prædicauit: inde verò profectus inter Bethel & Hai secundum montem cum familia omni sua cōsedit. Orta autem in regionibus illis fame, in Ægyptum commigravit; vnde postea reuersus in Bethel agros, eò loci, quo antea fuerat, deuenit. ex illo etiā loco à nepote Lot dimissus in conuallem Mamre secundum Hebron, tabernaculum, familiamque traduxit, vbi Ismaelē suscepit, & sanctum à Deo fœdus professus, circumcisionis signum acceptum iniuit. Ibidē quoq. Sara Isaac concepit, filium futuræ sobolis, ac sacrae posteritatis primum semen. Ex Mamre profectus, ad Australem plagā itinere suscepto, aliquanto post tempore inter Cades, & Sur habitauit, atque Geraræ ciuitatis hospitem illa tempestate egit. In Geraræ agris Isaac natus est. Hinc Ismaele filio cum matre emissis, ipse etiā in certo eiusdem regionis optato loco, puteum sibi legitimo pretio emptum, Bearsebagh, in perpetuum possessionis monumentum nominauit, fœdusque cum incolis, amicitia causa, percussit. Ex illo loco ad Moriah montem in Ierusalorum agris ire iussus, fidem suam, periculo à Deo factō, egregia pietate probauit. atq. promissorū cōfirmatione auctior, in Bearsebagh sese rursus contulit. Vnde & post aliquot annos profectus in Arbagh vrbem, quæ & Hebron dicta est, secessit; ibidemque defunctæ vita vxori Sara, agrum in sepulchri ius, atque vsū sibi, atque hæredibus suis proprium futurum publica, legitimaque transactione mercatus est. Ab Hethæorum rege Ephron contra Mamre, vbi idem etiam è viuis cum decessisset, ab Isaac, atque Ismaele filijs est conditus. **I** S A A C post Abrahæ patris obitum, tabernaculum fixit iuxta fontem aquæ, in solitudine, quæ est in via Sur, cui ab Agar nomen factum fuerat, Puteus viuentis, & videntis; ibique duos suscepit filios, Esau & Iacob. eo in loco tandiu mansit, quoad ob grauissimam famem in illa regione exortam, à Deo monitus, dum in Ægyptum cogitaret, in Palæstinam migravit, hospitemque Geraræ egit sub Abimelech Rege; inde à loci incolis propter formidatam diuitiarum amplitudinem, quæ magis indies homini augebatur, vt discederet, rogatus, atque inuidia etiam rusticorum, & continuis suorū, aliorūq. rixis motus, in loca fluuio Geraræ vicina sese cōtulit, puteosq. ab Abraham patre apertos instaurauit. Inde post

annos aliquot profectus in Bearsebagh, tādē cōsedit, atque vicino Palæstinorum regi, eiusque principibus rogatus amicitia dexteram dedit, ibidemque reliquam ætatem ad mortem vsque peregit. **I** A C O B à Bearsebagh, fratris metu, matrisque iussu cum fugeret, in Haran contendens, Luzam venit; cuius in agro cum pernoctaret, diuinorum promissorum arcanam rationem per quietem vidit; in cuius rei monumentum, loco nomen dedit Bethel. Illinc vbi surrexit, cōtinuis itineribus in terram Orientalem, id est, in Mesopotamiam Syriā, quæ Hebraicè H A R A M N A H H A R A I M dicitur, peruenit, vbi à Laban hospitio susceptus, viginti totos annos versatus est; quibus elapsis, familia cōstituta, ac familiariter coacta re omni, in terram Chanaan reditum instituit, traiectoque amne, ad magni vsque montis vicina loca inoffensus peruenit. Ibi autem à Laban socero se affecuto, breui tempore detentus est: compositoq. necessitudinis fœdere cum ipso, ipsiusque familia, monti nomen fecit, Gilghad, siue Galghad. Inde socero valedicens, ad Iaboc fluuium recta via peruenit, non longè à Iordane, vbi per noctem integram luctatione grauissima cum angelo contendens, victoriaeque compos, & ipse Israel nomen diuinitus accepit, & locū Phanuel appellauit. Postridie vado transmissio, ab Esau fratre obuiam veniente exceptus, & deposito odio, firmata professione dimissus etiam est. atque familiae ex longa iam via reficiendæ causa, inter Iaboc, & Iordanem tentorijs fixis aliquandiu hæsit, nomenque loco à tabernaculis ipsis imposuit Zzuchoth. Illinc soluens, Iordane transmissio, in Salé deuenit, illam alteram inferiorem, quam in Chananæorum ditione recēsbamus, atque agri partem à ciuibus Sichem certa pecunia sibi comparauit, suoq. iam in fundo tabernacula posuit. Postea commotus clade Sichimorū à filijs suis facta, atq. Dei oraculū sequutus, in Bethel commigravit; vbi ara constructa, religionis colendæ formam, ac rationem filijs præscripsit suis, familiamque ac populum sui nominis instruxit. Ex Bethel cum tota familia discedens, Ephratam versus iter agebat, cum accepto filio Biniamin, vxorem Rachel ex partu amisit, quam eò loci sepultā insigni monumento donauit. Atque aliquanto itineris spatio progressus, in Ierusalorum agro, trans Turrim gregis tabernaculum collocauit, ibique integram nominis sui domum constituit, duodecim recensitis filijs; Ruben, Simeon, Leui, Iudah, Issachar, Zebulon, Ioseph, Biniamin, Dan, Nephthali, Gad, & Asser; qui omnes cum patre ipso Israel postea perpetuò sunt appellati. Cum quibus in Hebron regionem ad agrum Mamre profectus, Isaac patri suo grandæuo ad mortem vsque pietatis officia exhibuit. Ibidemq. tandiu habitauit, quoad à Ioseph filio, Aegypti publicam rem curante, euocatus, cum tota familia, hoc est, animabus septuaginta, Bearsebagh de illo itinere, consulendi Deum causa, petiuit. Ibidē autem responso accepto, monitus, ac iussus, in Aegyptum descendit, in agroque Gossen, dum à filio exciperetur, hæsit; cum filio Thanim Pharaonē salutaturus adiuit. Inde reuersus in regionem Gossen, cum omni domo sua ad postremum vsque vitæ diem egit. Mortuus ibidem, sepulturæ causa, in terram Chanaan est relatus, promissici à Deo facti hæredibus relictis duodecim filijs, quos supra commemorauimus.

Gen. 28.10

Gen. 27.45

Gen. 28.2

Gen. 31.19

Gen. 32.30

Gen. 33.16

Gen. 34.31

Gen. 35.1.

Gen. 35.27

Gen. 40.19

Gen. 42.3.

Deut. 1. 5.

Ios. 5. 1.

Num. 13. 29.

Gen. 13. 7.

Gen. 32. 30.

Ios. 10. 4.

Deut. 11. 30.

Gen. 10.

Gen. 14. 11.

Gen. 39. 14.

Gen. 40. 15.


Gen. 42. 3. 12.

Gen. 42. 3. 12.



*Libellus hic nihil habet S. Romana Ecclesia fidei contrarium,  
aut Reipubl. offensivum; immò multum utilitatis conferet studio-  
sis sacrarum literarum, tum ut memoriam confirmet, cum quòd  
faciliùs intelligent qua in hac materia sacra scriptura proponunt:  
quod attestor*

Sebastianus Baer Delphius, in-  
gnis Cathedr. Ecclesiæ S. Mariæ  
Antuerpiensis plebanus, & Ca-  
nonicus.



Handwritten text on the right edge of the page, likely bleed-through from the reverse side. The text is written in a dark ink and appears to be a list or index of entries, with some characters resembling '1', '2', '3', '4', '5', '6', '7', '8', '9', '10', '11', '12', '13', '14', '15', '16', '17', '18', '19', '20', '21', '22', '23', '24', '25', '26', '27', '28', '29', '30', '31', '32', '33', '34', '35', '36', '37', '38', '39', '40', '41', '42', '43', '44', '45', '46', '47', '48', '49', '50', '51', '52', '53', '54', '55', '56', '57', '58', '59', '60', '61', '62', '63', '64', '65', '66', '67', '68', '69', '70', '71', '72', '73', '74', '75', '76', '77', '78', '79', '80', '81', '82', '83', '84', '85', '86', '87', '88', '89', '90', '91', '92', '93', '94', '95', '96', '97', '98', '99', '100'. The text is written in a cursive or semi-cursive hand and is partially obscured by the binding of the book.



TABVLA TERRÆ CANAAN  
 ABRAHÆ TEMPORE ET AN-  
 TEADVENTVM FILIOR. ISR-  
 AEL CVM VICINIS ET FINI-  
 TIMIS REGIONIB. ex Descrip-  
 tione Benedic ti Aria Montani.





Caracena regio.

Taxiana

Tharo

Sittacena Reg.

Tossei.

Asia.

Ieredon

Aphana

Ichara

Purida

Batrabaritha.

Blana.

halatha.

Alitha.

STROLADES

Chiripha.

ASSAPENI

Charada

Bethana

Orchoa

lamba.

Rhagia.

Aminxa.

Idicara.

Iucana.

Ma

HALDAEA. REG.

Balunon

Masanyta.

D

BOCHINI.

LEMITE.

CORA

BANI.

Regama

Tebmagros

Beth Hessimoth

B I

lasfa

Ethjon

Gesa

desertum unum

extermis israel.

ARA

B

Tapana.

NABATHEA

Kariathaim

Phasgh

Maphabeth

AMALECITA

Beth phagor

Montes Edom.

Sapho.

Zepho.

Onan.

RAHA

BENI

ABVCHAI.

GERZI.

Aferoth

Aseroth

Amalek.

Zaphauan.

Abobama.

Ghatta

Manabath

Tubal.

Abana.

Petra deserti

Mons Edom.

FOE THAMIDENI.

AMON

Rabah

Aran

Hesebon

Rehoboth

lagnus.

Phasga

Phasga

Mons Edom.

Mons Edom.

LI

Ostrama.

GALAAD.

Edorghu

Bethaniam

Quirioth.

Rehoboth

Gallim.

Arnon

Petra deserti

Ana

Dauidan

Bofrao

Mons Edom.

LI

AMORRHEI.

Nebo

Nophe

Debon.

Setim.

Cuzim.

Nonim

Phasga

Mons Edom.

Mons Edom.

LI

Ostrama.

HEBAOLGAD

Aror gentium.

Iericho.

Aphaca

Seghor.

Sodoma.

Gonorha.

Adama

Seboun.

Arad.

Generaroth

Caritha.

SINEVS.

Beth horon

Thirsa.

Comallis illustris

Maspha.

Almon.

Beth araba.

Geth. PHEREZAI.

Arad

Arad

Arad

HEBETHVS.

Achsafth

Mons Garizim

AMORREVS.

Bethel

Montani.

IEVSAYS.

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

HEBETHVS.

Magido.

Salem.

Gazer.

Saronne montes.

Makeda.

Adullam.

Gader.

Taphna.

Harma.

Hered.

Arad

Arad

HEBETHVS.

Lachis regia.

Accaro

regnu.

Lebna.

Achare

Tamuatha

Gath regnum.

Gath regnum.

Gazer regnum.

Geraris.

Arad

Arad

HEBETHVS.

Geblian.

Beth Seon.

PALESTINA

Achzib

Ascalon.

Regnum

Ascalon.

Gaza

Geraris.

Arad

Arad

Arad

HEBETHVS.

Siorbanath.

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

HEBETHVS.

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

HEBETHVS.

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

HEBETHVS.

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

HEBETHVS.

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

HEBETHVS.

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad

Arad


Arad

Arad

Arad

HEBETHVS  
Rubrum.  
Arabicus.  
sinus.

מצררים  
A. GYPTI. PARS.



# BENEDICTI ARIAE MONTANI

HISPALENSIS IN LIBRUM CHALEB, SIVE DE  
TERRÆ PROMISSÆ PARTITIONE, AD CHRIS-  
TIANOS LECTORES, PRÆFATIO.



**D**ESCRPTIONEM terræ Chananeorum, quæ terra, postea, veteribus incolis ex ea expulsis, atque Israëlitis in locum illorum substitutis, ad nostram usque ætatem Terra sancta appellata est, in suas partes, hoc est, in proprias singulari Israëlitis tribuum regiones diuisam, & ex sacris petitis historiis, atque adeo ad ipsius regionis exemplar in ipsa Syria accuratè descriptum, expressam vobis exhibemus. Quo quidem labore nostro, sacre scripturæ studiosis neque paruum adiuumentum, minimeq. vt spero, iniucundum attulimus: quæ enim sparsim, diuersisque in locis relata, atque obscuris peregrinarum linguarum idiotismis obuoluta erant, ea ipso describendi ordine ac methodo facilia reddidimus. Vtque facilius ab omnibus intelligi possint, ea ipsius tabulæ descriptione ac pictura ante oculos vniuscuiusque sunt posita. Hoc verò tum à nobis, tum à doctissimis iis viris, qui quidem nos doctrina & ingenio longè antecedunt, qui in sacro hoc apparatu egregiam posuerunt operam, præstitum esse arbitramur, vt, videlicet, sublata, aut saltem emollita asperitate ac difficultate illa, quæ lectores, quominus simplicem sententiæ, quæ sacris in libris prima spectanda est, intelligentiâ consequantur, impedire possit, ad arcanam illam, quæ iisdem sacris continetur libris, æternæ beatitudinis doctrinam facilius perueniant. Neque enim satis commodè, atque ea qua decet integritate, saluberrimus illius doctrinæ nucleus erui potest, nisi prius cortices, quibus ille contegitur, secentur. Atque is quidem labor, qui positus est in commissuris illis disiungendis ei, qui modò vtilitatè quæ ea, ex re prouenit, cognoscat, non gratus atq. iucundus esse non potest. eo siquidè omnis ea quæ est de natura rerû, omniumq. liberalium artium ac disciplinarum cognitio continetur. Porro eam rem præclarissimi, atque acerrimo philosophi ingenio, in summi boni definitionibus posuerunt: atque ex iis nonnulli tantam fecerunt, vt, non vltèrius progrediendû, sed in ea acquiescendum esse existimarint. Cùm itaque tanta librorum sacrorum sit dignitas, vt summorum hominum iudicio, non vulgaris sit eruditionis ea cognoscere, quæ ad abditam illam & penitentiorem doctrinæ partem aditum patefaciunt: sine dubio constat illam alteram per se summopere esse expetendam, & hanc, sine qua ad illam peruenire nō possumus, nullo pacto esse negligendam. Quam verò necessaria sit locorum cognitio, quæ in diuersis sacre scripturæ locis commemorantur, nulla historia apertè non docet. Si enim absque locorum obseruatione res gestæ narrentur, aut sine topographiæ cognitione historie legantur, adedò confusa atque perturbata erunt omnia, vt ex iis nihil non obscurum, nihil non difficile elici possit. Iam verò quanta terræ Israëlita dignitas fuerit, & quamobrem inter celeberrimas omnes orbis terrarum partes, digna semper sit habita, quæ, qualis, quantaq. sit ab omnibus cognoscatur, tantum abest, vt breui, qualis hæc est, præfatione explicari, vt ne longa quidem oratione consequi quis possit. Illa enim in primis diuinorum promissorum constantiam & veritatem hominibus testatam facit: vt pote quæ promissa olim patribus Abraham, Isaac, & Iacob, qui quidem etsi in ea erant peregrini, & hospites, ac numero per pauci, tamen ad diem dictam ipsorum nepotibus est tradita: adeoque exiguo temporis spatio ab ipsis est expugnata & occupata, vt temporis ipsius breuitas non ad expugnandam, sed ne ad totam quidem illam peragranda satis esse potuisse videatur: cùm tamen in illa vrbes ipsa loci natura, atque hominum industria munitissima frequentes essent. Gens præterea ipsa ferocissima, bellisq. maximè assueta, & exercita erat. opibus, diuitisq. maximis, ac rebus denique omnibus ita abundabat, vt facile bellû, quod sibi ab exteris illatum esset, ad multos annos sustinere potuerit. Montibus, ac fluminibus ita erat vndique munita, vt, per quam difficiles aditus ad eam essent: ac eâ potissimum ob causam vim hostiû à suis finibus arcere, eorumq. conatus comprimere facile poterat. Quid quod vnus ac triginta regû consiliis & copijs vnâ coniunctis defendebatur? quorum omnium regum repentina atq. inopinata mors, cum ingenti populorum clade coniuncta illud apertè significauit, omnes quantumuis maximos hominum conatus, maximas opes, maxima imperia quæ sceleribus vi atque iniuria nituntur, repentino aliquo casu, iustissimo Dei iudicio imminui, dissipari, & ad nihilum redigi: & quominus id eueniat, nulla hominum prudentia, nullis consiliis, nullis opibus prouideri posse. docetque illud præterea, nullam omnino tantam esse difficultatem, quæ, quominus Deus, ne minima quidem ex parte suis stet promissis, efficere possit. His & illud accedit, tanti illam regionem olim factam esse, quòd vna ex omnibus orbis terrarum partibus diuinæ quietis nomen obtinuerat, atque inter terrena Dei promissa, erat singulare quoddam eius quietis exemplum, qua quiete p̄i homines, post absolutam hisce in terris peregrinationem, in regno Dei fruuntur. Atque vt illa eos qui & vocati fuerunt, & vocanti Deo crediderunt, ac eius voluntati obtemperarunt, excepit, ita quoque hæc, quam intentis intuemur oculis, in qua Christus morte & inferno debellatis, regnat, eos omnes qui & labores patienter tulerint, & inuicta animi fortitudine atque constantia ad propositum sibi præmium recto contenderint cursu, letos tandem ac felices excipiet. Sed inter tot illius regionis præclaras laudes, ac testimonia, vel hoc vnicum sua præstantia reliqua omnia longè superat: primos, videlicet, euangelij nuntios, quod euangelium per totum terrarum orbem dispergi, disseminarique debebat, in ea primùm esse auditos. In ea summus ille hominû seruator Christus est natus, in ea creuit, in ea ipse verus Deus hominibus se quoque verum hominem conspiciendum dedit: in ea admirabilis, atque diuina sue

virtutis signa edidit propè innumerabilia: in ea munus à patre sibi datum, cuius conficiendi gratia ipse in mundum venerat, ut scilicet, communi omnium hominum saluti sua morte consuleret, explevit. In ea denique ea omnia præstitit, quibus mundo se verum esse Dei filium, atque illum, cuius frequens sacris in literis fit mentio, patefecit, idque certissimis signis atq. argumētis comprobavit. Ex eaq. ad eò terra sacri præcones euangelij in omnes terras distributi sunt, atque has quidem omnes ob causas, quamplurimi homines Christiani operæ se pretium facturos esse sunt arbitrati, si, omnibus viæ periculis spretis, ac laboribus, ad eam adirent: cum ipsa nimirum, maximum miraculum & perpetuum quoddam sit monumentum omnibus miraculis abundantissimum. Eorum autem qui pietatis causa illò sunt profecti, nemo (ut opinor) adhuc est inuētus quem laboris, temporis, ac sumptus eam in rem facti adhuc pœnituerit: quinimo, quamplures ipse & vidi & noui qui, cum eorum locorum sibi in mentem ueniebat, eaque quæ ipsi uiderant, commemorabant: mirifica quadam delectatione afficiebantur. Vidi præterea quosdam alios, eosque viros eruditissimos, qui non bis aut iterum, sed sæpius eò contenderunt, atque hi quidem quò frequētius eò proficiscebantur, hoc maiorem se suis ex peregrinationibus fructum capere suis mihi uerbis sunt testati. Sed quoniam omnes, diuersas ob causas illuc proficiscendi facultatem non habent, tamen nihilominus, quia non parum refert eos qui sacre scripturæ studijs sunt dediti, illam & singulas eius partes pernoscere, pro nostra, quantulacunque ea est, industria, ex accurata sacrorum librorum lectione, eam, demptis locorum periculis, ac laboribus, lectori conspiciendam exhibemus, indeque sumpsimus initium, ubi Israëlita ab Ægypto profecti primum per annos quadraginta mansiones suas collocarunt, interim dum in promissam sibi terram perducerentur. Quarum mansionum descriptiones, cum non ita ut par est, accuratè tabulis representatas esse animaduertemus, operæ pretium nos facturos esse existimauimus, si ueram ac germanam eius tabulam, ad illam ipsam, quæ in ipsa Palestina, ut diximus, depicta est, expressam, & ex sacre scripturæ descriptionibus petitam, atque ad eò eam, cuius aspectu primum caput Deuteronomii, alioqui subobscurum, ac subdifficile intelligi poterit, uobis exhiberemus. Vale Christiane Lector: tuisque apud Deum precibus nostris hisce faue conatibus.

Dat. Cal. Martii. M. D. LXXII. Antuerpia.

BENEDICTI ARIAE MONTANI

HISPALENSIS CHALEB, SIVE DE TERRÆ

PROMISSÆ PARTITIONE, LIBER VNICVS.

מסעות Sive de itineribus, C A P. I.



N N I S ferè ducentis viginti postquam Israël descenderat in Ægyptum, diuinæ prouidentia singulari beneficio amplificatus, ad eum sobolis numerum deductus est, qui expugnandis, occupandis, colendisq; promissis sibi agris esset idoneus: ita ut

illa populi frequentia, ex octoginta duabus animabus, ad virorum plusquam sexcenta & tria millia, & quingentos quinquaginta sex, præter fœminas & pueros, & præter tribum Leui aucta, ijs qui de diuinis promissis rectè sentirent, spem facere posset futuræ propediè migrationis, in paratas iam olim à Deo sedes: id quod Moyse intellexisse visus est, cum, relicta aula, in qua educatus magnificè fuerat, fratres suos filios Israël (proximam iam salutis significatione) animaturus inuissit. Sed suorum ingrata stultitia repulsus, atque regis ire declinandæ causâ ex Ægypto profectus, in Madian sese contulit; ibique per quadraginta annos exul, ministri publici filia in uxorem ducta, fœderis sui pastorem egit: quoad Dei mandato legatus Ægyptum repetiit, fratremque suum Aaron in monte Dei sibi obuiam factum, allocutus, communicato consilio, commissam sibi legationem multis actionibus & grauissimis peregit. Tum verò victo Ægyptiorum rege, populoq; ad extremum periculum vsq; vexato, & ex diuina inspiratione iure belli præda capta, & spoliis collectis Israël liberrum & incolumè eduxit decimaquinta mensis primi anni ferè bis millesimi quadringentesimi quadagesimi octaui ab orbe condito. Fuerat autem Israëlitarum hospitium toto hoc tempore in terra Gossen, cuius præcipua vrbs Rahamesse dicebatur. Vnde primum profecti, contenti itineris recta via venerunt in Socchoth Ægypti partem, cuius cultores antra & casae pro domibus subcutes nomè loco fecere: eos Græci Τρωχολοδύτας dicunt. Ex Socchoth in ETHAN venerunt, qui Arabum solitudini proximus locus est, neque idem à Chanaanorum terminis longè distans, quos breui pertingere possent, nisi Deus decretæ in Ægyptios ultionis expediendæ causâ, iter ad ortum flectere, atque ad Mare iuncosum contendere iussos, in angustum deduceret locum, cui PIHANIROTH nomen postea factum videtur ex vtriusque populi indignatione, nempe Ægyptiorum in Israëlitas, & Israëlitarum in Moysen, à quo se in necem traditos existimabant, conclusi nimirum inter mare & montem Aquiloni dicatum, cui Baghal-saphon erat nomè, & arcem Migdol, atque hostem ipsum, quem à tergo habebant. Ex PIHANIROTH mari transmissis, hostibusque omnibus, qui in aquis perierant, liberati, trium dierum itinere per solitudinem SVR iter fecerunt, aquarum inopia affecti, quas tandem in MARAH nacti, cum amaras esse deprehendissent, ligno per Moysen ex Deo monitum iniecto, dulces hauserunt. Ex Marah in Elim processere amœnum locum, aquarum fontibus duodecim, & palmis septuaginta insignè. Inde in desertum SIN, quod à rubis, arbutisq; genere, ibidem frequèti dictum videtur. vbi comèatu defecit, quæ ex Ægypto exiguum detulerat, nouo genere cœlitus demissi cibi, quod MAN ipsi ex admiratione vocabant, pacisci cœpere: eoque victu quadraginta integris annis vsi sunt comodissimo. Illa autem solitudine relicta, per Daphca & Elus, in quibus aliquandiu hæserant, tentoria fixere in Raphidim. illic importunè efflagitatam aquam diuina liberalitate obtinuerunt, ex rupe à Moysen percussa repente erumpentem; cuius copia, consecutis

ipforum itinera perpetuis riuis, nunquam amplius caruerunt. tractui omni nomè Horeb mons dederat, ab ariditate ita vocitatus, in Amalec Gentis dititione situs. loco verò ipsi rupis stagnantis nomen à Moysen est inditum, Mazzah & Meribah, à iurgio populi aduersum se inito, atque à tentatione in Deum impiè cœpta. Eodem loco Iosue cum Amalec aduersum bellum mouente, pugnant, victoria potitus est per Moysen in monte adorantis preces, Dei instructus auxilio. Eius victoriæ auctoritatem & perpetuas contra Amalec inimicitias, ara ibidem à Moysen extructa posteritati etiam testata est. Ex Raphidim profecti initio tertij iam mensis postquam exiissent ex Ægypto, in Sinai desertum deuenere: ibique diu hærentes, leges à Deo acceperunt. Ex Sinai tribus itineribus in locum deuenere, qui ob cladem à cælo acceptam, propter funestas carniū quas concupierant epulas; Sepulchra concupiscentia dictus est. Atque hæc prima migratio fuit Arcis & tabernaculi. Ex hoc loco in Harezaroth profecti sunt, vbi dissidium à Maria aduersus Moysen excitabatur, quam lepra immissa Deus est vltus. Ex illis Sepulchris in Rithmah solitudinis partem genistis innatis refertam, quod ipso indicatur nomine: Ex Rithmah in Remon Phares, vbi malignanti aperto fructu copia inuenta fuisse videtur. Ex Remon-phares profecti, castra metati sunt in Lebnah, Albionem Latine dicere possumus: terræ namque faciem albam fuisse nomen arguit. Inde soluentes, in Rezzah, solo ex roribus assiduus vdo, tabernacula fixere. Ex Rezzah egressi, venerunt in Kehelathah, quod coactionem interpretamur: ibi enim angustiiori loci spatio coacti in breuius fuisse videntur, arcemque coniunctis tentoriis confedisse. Proximam post Kehelathah, prospectus pulchri mons, illis mansionem dedit, qui ab elegantia Mons Sepher appellabatur: inde verò in locum, qui à tremore Haradah vocatur, deuenere. ex Harada profectos Macheloth excepere, iniqua, vt interpretari possumus, loca, neque totius simul populi capacia: quam ob rem in plures turmas segregatos considerare opus erat. id enim vel nomè ipsum significat. Post hoc verò in depressam & profundam vallem deducti sunt, cui Thabath nomen, situs ipse fecerat. hinc soluentes, in Thare venerunt, locum à fragrantia sic dictum. vnde etiã & alio excepti sunt, cui suauitas nomen Methca conciliauit. inde verò in Hesmona reducti, qui locus Ægyptum à Chanaan regionibus diuidebat. illinc profecti ad montes deuenere Mosereth dictos, ex quibus vnus Aaronis obitu præcipue memorabilis est: videtur autem ibi eruditi etiã fuisse Israëlita, exemplo illius Pontificis, qui, antequam promissam iniret terram, sublatus è viuus fuit, nimirum offensæ veteris reus. Ex his montibus profecti, Bene-Iachan appellatum ex possessorum nomine, agrum petierunt. ex illo autem in montem deducti sunt, cui ex naturæ felicitate nomen inditum fuit Gidgad. inde profecti Itebatha, locum, vt vox indicat, palustrosū, & inundatē tenuerunt. Vterior illis Hebrona fuit à transitu superioris, vt conuicere ex verbo possumus, dicta, Illinc vbi soluisent, mare ipsum, vnde iam olim exierant, reuifere coacti sunt itinere vsque ad Afiongabber, qui maris portus erat, producto: ex eoque loco iterum ad Aquilonem contendentes, in desertum Sin deducti, ad Cades manserunt. Ex Cades profecti, montem Hor tetigere in extrema Edom dititione, in eoq; monte Aaron vita defunctus est, quadagesimo anno post exitum ex Ægypto, quinti mensis die prima. Ex monte

Act. 7. 34.

Exod. 2. 16.

Exod. 4. 26.

Exod. 11. 37.

Exod. 13. 21.

Exod. 14. 1.

Exod. 15. 23.

Exod. 16.

Exod. 17.

רפידים Exod. 19.

סניר Num. 10. 11.

חצרות

רתמה Num. 33.

רמון פרץ

לבנה

רעה

קהלתה

הר שפר

הרדה

מקהלות

תחת

הרר

מתקה

חשמונה

מסרות

בניועקם

הררודד

יטבתה

עברונה

עציון גבר

מרכרס

קדש

הור הר



צלמונה te Hor, post Aaronis curatas exequias profecti, venerūt  
 פונון in *Salmona* umbrosus locum: ex quo in *Phunon* per-  
 רובות Phunon soluentes castrametati sunt in *Oboth*, quod  
 עיהעברים Moab fines deuentum ad colles qui *Teabarim* ex eo  
 רבון גר dicti videntur, quod illis transmissis Moabitarum di-  
 עלמון tio concluderetur. Collibus illis profectos *Dibongad*  
 דבלתים excepit, quod prosperam fortunam Gentis vocabulo  
 הרעברים sonat. Inde porrò in *Helmondeblathaim*, quod duarum  
 ערבמואב caricarum absconsionem significat, castra mouere: at-  
 ברת que ex illo loco montes petiere, *Abarim* à transitu di-  
 חשימות ctos è regione Nebo. Ex *Abarim* spatiosos tenuere cā-  
 pos, quos à gente, cui addicti fuerant, *Planities Moab* di-  
 ctitatos legimus. ibidem nullo certo loco commorati  
 sunt, sed breuibus itineribus nunc hanc, nunc illā par-  
 tem occupabant, à loco *Beth-haiesimoth* dicto, vsque ad  
 tractum *Sitim*, ab earum arborum copia vocatū. His  
 planioribus locis sese interim continuere, dum Iordanem  
 ex Dei oraculo traicerent.

SVMMA TERRÆ DESCRI-  
 PTIO. CAP. II.

Gen. 27.  
 Gen. 28.  
 Ios. 3.4  
 Dent. 1. 2. 3.

1. Par. 18. 3.  
 Num. 24.  
 Ezch. 37.  
 Gen. 38.

Exod. 23. 30.

Psal. 89. 15.

OMnis ex antiquis promissis adscripta Israëlitis re-  
 gio quatuor insignibus terminis definita est, ab or-  
 tu fluuii Euphrate per montes Galaad ad Iordanem  
 vsque, qua flumen in mare Salis influit, & ipso mari,  
 quod Salis appellatum esse docuimus, per Ascensum  
 scorpionum vsque ad *Cades-barneah* communia  
 cum Edom confinia habuit. inde verò flexo termi-  
 no per *Adar* & *Hafemona* ad vsque fluuium *Ægypti*  
 dictum, meridiani regionis fines statuebantur cum  
 ipsa fluuij ripa, vsque ad magnum mare producti. Oc-  
 cidentale latus maris littus continuum clausit vsque  
 ad *Sydonē*. inde verò ad ortum conuerso cursu ad mō-  
 tem altissimum, cui nomen *Libano* fuit, terminus *A-*  
*quilonem* spectabat, qua mons ipse longè producitur  
 per *Emath* ad terminos *Sedada*, & deinde ad *Sephona*  
 & *Ennom* urbem. Quanquam verò ad *Euphraten* flu-  
 men promissa olim ditionis locus proferebatur, tamē  
 ad *Dauidis* vsque regis ætatem nullus ex Israëlitis  
 eas regiones expugnauit, quæ à *Iordane* per *Liba-*  
*num* ad *Euphraten* pertinent. Nam postea *Dauid Arā*  
*Soba* rege *Adar-ézer* superato, sub iugū misit, & *Aram*  
*Damasci* regem quoque cum vicisset, in ipsa *Damasci*  
 milites praefidiarios constituit: antea verò quæ loca  
 illa ultra *Iordanem* in Israëlitarum ditione essent, ter-  
 minus orientalis ab *Enan* ad *Sephama*, ad *Ribla*, atque  
 ad fontem vsque, quem *Græci Daphnim* dixere: inde  
 verò flumē *Iordanis* decursu suo terminos ab *Ortu* in  
 mare *Salis* finiebat. Omnis itaque regio, quæ inter *Ior-*  
*danem* & mare, atq. inter *Libanū* & *Ægypti* fluuium  
 iacet, *Chanaan* olim dicta, in possessionem filiis *Israël*  
 concessa fuit, & occupata atque obtenta maxima anti-  
 quorum cultorum parte *Iosue* duce, vel interfecta vel  
 depulsa, paucis exceptis, qui postea negotium nec leue  
 nec breue Israëlitis fecerunt. Alias etiam *Israelitarum*  
 termini paulò latiùs, sed ferè in idem recidente ratio-  
 ne definiuntur à mari rubro vsque ad mare *Palæsthi-*  
*norum*, & à deserto ad fluuium vsque *Euphraten*. Re-  
 gio ipsa latior est ultra triplum, quam vbi longissima  
 est. Namque à mari ad *Iordanem* trium dierum iter,  
 ad summū constat, atque in summa à *Ioppe* portu ad  
*Traionos* montes sexaginta millia passuū cōnumerantur:  
 mediū autem ferè hoc spatiū *Iordanis* interfluit. A  
*Libano* autem ad fluuiū *Ægypti* compositis itineribus  
 octo, vix pertransiri spatium est. Ideoq. cum de magni-  
 tudine regionis integrè agitur, ab *Aquilonem* ad *Meri-*  
*diem* mensura ducitur, siue à *Dan* vsq. ad *Bearsēbagh*,  
 centum & sexaginta passuum millibus, à se inuicem di-  
 stante vtroque loco. Montes habet præcipuos *Hermō*  
 ad *Orientem*, & *Thabor* ad *Occidentem*, eosque ma-

ximos & editissimos, quorum alij vel brachia, vel par-  
 tes, vel ramenta sunt. Nam *Ebal*, *Beth-horon*, & *Mispa*  
 siue *Maspha*, & *Bethel* ad *Hermon*, *Gelboe*, *Gerizim*,  
*Sarona*, & postremus, ac mari proximus *Carmel*, ad  
*Thabor* referuntur. In maximis illis montibus leones,  
 lupi, cerui, vrsi, aliæque feræ cubilia, latibulaq. habent.  
 Terra omnis, quamuis non ita magna, tamen quia fre-  
 quentibus montibus, vallibusque referta, ijsque omni-  
 bus summa fertilitate nulli terrarum angulo cedenti-  
 bus, multis alendis vrbibus, & oppidis, ac pagis ferè in-  
 numeris, satis cōmoda oportunaque adeò est, vt genti-  
 li ipsorum cultorum dicendi more, lacte ac melle flue-  
 re dicta fuerit. Vicinos habuere ab ortu *Madian* & *A-*  
*malec*, & ceteros *Ismaëlis* filios, qui *Oriētis* populi ab  
 incolis huius regionis vocabantur; ab occasu *Palæsthi-*  
 nos infensos perpetuo hostes; à meridie *Arabes* & *Æ-*  
*gyptiorum* vltimas terras, ab *Aquilonem* *Sydonios* &  
*Emathæos* atque *Aram Damasci*.

Exod. 38.

Num. 21.

Ios. 1. 3.

Ios. 13. 24.

Num. 32.

DE DVABVS TRIBVBVS REVBEN,  
 Gad & dimidia tribu Manasse.

SEON *Amorrhæus* genere ultra *Iordanem* ditionem  
 occupabat, sub rege *Amon* victo expugnatam: Is  
 enim ex familia *Rephaim*, montana loca secundum  
*Iordanem* tenebat, qua *Hermon* tenditur, vrbesque  
*Astaroth* & *Edrai* regias in illo montium tractu, vnde  
 productis finibus ab *Aroër* vrbe secundum *Arnon* flu-  
 minis ripam sita, multas atque magnas vrbes obtinuit,  
 regiam postea sibi constituit *Hesebon*. Huic proxi-  
 mus cōsidebat *Og*, cui omnis terra *Bassan* regnum erat.  
 fertilissima autem vtraque regio fuit, & armentis pe-  
 coribusque alendis apprimè opportuna. Hi autē duo  
 reges ab Israëlitis, quorum iter impedire magnis in ex-  
 peditionem productis copijs tentauerant, victi, occisi,  
 regno atque opibus omnibus expoliati sunt. Illorum  
 verò regionem omnem duæ *Israelitarum* tribus *Reu-*  
*ben* & *Gad*, cum dimidia *Manasse* sibi propter pa-  
 scuorum commoditatem exoptatas, Dei beneficio ob-  
 tinuerunt. Etenim *Reuben* totum regnum *Seon*, *Gad*  
 verò & *Manasses* parti, id quod præterea erat *Seon* reg-  
 is vsque ad *Bassan* ad habitandū est concessum. Igitur  
*Reuben* tribui, *Aroër* prima vrbs, fortisque suæ ter-  
 minus à meridie contigit, ad *Arnon* fluuij ripam si-  
 ta. Ab *Aquilonem* verò extremam magni nominis vrbs  
*Hesebon* regia fuit, ab occasu *Hermon* montes,  
 qui *Iordani* adiacēt flumini, atque ab *Ortu* *Edom* re-  
 giones atque *Arabum* solitudines. Hi etiam latam at-  
 que fertilem vallem inter *Hesebon* & flumen sortiti  
 sunt. vrbes habuere præcipuas, *Aroër*, *Iahassa*, *Medeba*,  
*Misor*, & *Bagal-meghon*, non procul à torrente, qui ex  
*Edom* montibus erumpens in mare *Salis* defluit. Præ-  
 terea *Chiriathaim*, *Mephaath*, & *Beth-iesimoth*, *Cedi-*  
*moth*, *Iethson*, *Lassa*, & *sitam* in campo *Bosor*, *Sarath*,  
*Afar*, *Sebama* & *Phasga*, *Bethphegor*, *Afedoth* & *He-*  
*sebon* regiam, & quæ inter torrentem atque *Edom*  
 montem campestris vrbes appellabantur; ab illis au-  
 tem illæ vrbes partim instauratæ, partim conditæ fu-  
 ere, aut alijs nominibus appellatæ, *Hesebō*, *Eleale*, *Chi-*  
*riathaim*, *Nabo* & *Bagal-Meghon*. Tribus autem *Gad*  
 communes cum *Reuben* terminos à *Meridie* habuit,  
 ab occasu montis *Hermon* partē, qua *Iordanis* defluit,  
 perpetuā vsque ad terminum maris *Chinereth*, ab *A-*  
*quilonem* dimidiam *Manasse* tribum, ab *Ortu* verò eos  
 montes, quibus *Edom* atque *Arnon* regiones ab *Ar-*  
*bū* vasto tractu dirimuntur. Vrbes præcipuas habitauit  
 in ipsis propè finibus *Debir*, *Aroër* alteram ab illa *Reu-*  
*benitarum*, & huic oppositam *Rabba*, *Iazer*, *Mahha-*  
*naim*, *Esebon*, & *Mispha*, *Ramoth* & *Aram* & *Socoth*,  
 in media autem regione, atque in vallibus ipsis *Saphō*,  
*Phanuel*, *Bethanim*, & in mōtano loco *sitam* *Ramoth*  
*Betharam* & *Beth Meurah*. Quæ verò ab his extractæ  
 memoratur, illæ sunt: *Dibō*, *Ataroth*, *Aroër*, & *Roth*, &  
*Sophan*, & *Iazer*, & *Iibga*, & *Bethmeur*, & *Petharan*,  
 Filiis

*Ios. 13. 29.*  
*Num. 32. 39.*  
 Filiis Machir, hoc est, dimidiæ tribui Manasses, cætera omnia loca adscripta, inter Bafan & Arâ Damasci iacēt, initio à Mahanaim sumpto, quibus postrema fecū dū terminos vrbes fuerunt, Ephron, Iassan, & Astaroth, Iabes Galaad, Edregbi & Bosra, Bagal Gad, & Hermo-  
*Num. 32. 39.*  
 nim. Horum ditionis erat omnis ille ager saltusq; Bafan celeberrimus, & ad rem pecuariâ exercendam maximè opportunus & cōmodus, & dimidia pars montium Galaad, quæ in occasum prospectat. Ex filiis etiam Manasse vnus Iair, victam à se bello atque occu-  
*Num. 32. 39.*  
 patam Bafan agri partem, quam diximus, septuaginta oppidis captis, atque instauratis frequentem reliquit, quas de suo nomine Hauoth-iair appellauit. Alius autem ex Manasse liberis Noba dictus, expugnata à se vrbi Canath, nomē etiâ indidit suū Nobab siue Noba.

TERRÆ DIVISIO IN OCTO TRIBUS ET DIMIDIAM, ATQVE TRIBUUM SINGULARUM DESCRIPTIONES.

IUDÆ SORS. CAP. III.

**C**ITRA Iordanem fluium quidquid terræ ad magnum vsque mare iacet, octo tribubus & dimidiæ per sortes diuino oraculo adscriptū, atque Eleazaro sacerdote & Iosue duce ministris distributū est. Prima autem omnium Iudæ fors educa est, cuius, in descripta terra, fines hoc modo constituti fuere. Ab ortu mare quod Salis appellatur, qua littus porrigit ab ipso Iordanis influentis ostio ad extremum vsque finē, possessionem illam à Moab atque Edom dirimebat. hos enim vicinos illa ex parte Iudas habuit. deinde verò à maris extremo littore paululum producebatur tractus ad vicinam vsque Hor montis solitudinem, non longe ab Arad vrbe, inde ad meridiem versus, atque ab ortu ad occasum procurrens, omnibus illis montibus, quos vno nomine Hor dictos, plura deinceps distinguūt nomina opponerant. Sunt autē præcipua nomina, Cades Barnea, mōtis & vrbes in eo sitæ, & Maon mōs, & Pharan atq; Sinai, tandē cum decursu fluuij Ægypti, siue Sihor in mare magnum descendit: terminus hic à meridie est. Ab occasu verò maris magni littus ultra portū cui postea ex vrbe iuxta condita Ioppe portus nomē fuit. Ab Aquilone tractus omnis, qui inter mare magnum & Iordanis ostium est, sed obliquo & ferè tortuoso fune definitus. Primum nanque per Iaphiæ montes translatus, penè rectè ad Saronæ montes procedit: deinde Ypsilon literæ modo ad dexteram diductus re-  
*Num. 32. 39.*  
 ctus etiam procurrit vsque ad obiectos etiam montes, qui cultoribus Ephron montes dicti sunt, ab hisq; deflexus aliquandiu ad Austrum tendit ad lacum vsque Nephthoah dictum. à quo rursus ad Ortum contendens, per obiectos montes traductus, ad Iordanis vsque ostia perferebatur. Præcipuas in finibus ipsis vrbes habuit, in orientali Bethagla, & post torrentem Agallim, Apeca & Engaddi, quæ alio nomine Hasafonthamar à palmarum præstantia & copia dicebatur, eratq; locus copher & balsami fertilis; deinde ea quæ ciuitas Solis appellabatur, & Acrabin à montiū nomine dicta. à meridie verò postremas habuit vrbes, Cabseel, Eder, Iagur, Cina, Dimona, Adadah, Cedès ab Amorrhæis quōdam conditam & inhabitatam, Assor, Iethnan & citra Gozeos montes Ziph, Telem, Beatol, Afor noua, Carioth, Gefron, Amat, Sama, Molada, Afergada, Hassemon, Bethpheleth, Hafar-fual, Bersabee, Baziotha, & Baala, & Im, & Essen, Eltholad, Cesil, & Harma, & Siceleg, Medemena, Sensena, Lebaoth, Selim, Enrimon. Ab occasu secundum maris littus, vrbes Iudæ forte obtigerant, postrema Palæsthinorum præcipua, quas aliquando expugnauere, iterumq; amiserunt, Gath, Gaza, Afcalon, Aczib, Azotus, Iebneel, Iefan, & post longum tempus condita in portu Ioppe. Aquilonari in termino sitæ fuerunt, Iebneel inter mare & Bagalæ montes, qui alio nomine Iaphrah montes dicti sunt, Tamna ante

montes Iarim, Bethfemes, à solis vi sic appellata, Chel-  
 flon & Bagala, alias ob sylvarum magnitudinem Chiriathiearim dicta, Zachariæ prophete filii Ioiada sacerdotis patria. & iuxta eam vrbem Gigath, in qua arca fœderis aliquandiu fuit: qua verò terminus ad Ephron mōtem flectitur, Sonan, post quam lacus Nephthoah erat: deinde iuxta montes amœnissimis hortis illustris vrbs, cui nomen fons innatus fecit Enganim, post Ciriathsepher Debir appellata, postquam ab Othoniele Calebi nepote capta fuit: vltterius Iebus, quæ & Salem & Ierusalem dicta, in montibus sita, ab ortu quæ monte oliuis confito ornata. inter vrbem & montem Cedron torrens decurrit. deinde est conuallis filiorum ENO, & fons Rogel, & fons Solis, & vallis Achor, & rupes Bohem à filio Reuben dicta, & Betharaba, & Bethagla vrbes. At verò interiores vrbes habuit Iudæ tribus, peragrata ab Ortū cœpta, Bethlehē, paruū oppidum, sed clarissimorum virorum natalibus insigne, Abefan *Iud. 12. 9.*  
 iudicis, Booz, Itai & Dauidis regis; maxime verò Iesu *Ruth*  
 Christi; & Turrem gregis, Betharaba, Betharath, Ziph, cui desertum vastū adiacebat, Modin, Sior, Nephfan, Izrael, Bethsura, Thecua, saltubus & syluis, pastorumq; frequentia celebris; magis autem clara Amosi vatis natali solo, Hebron, Egron, Lucdar, Ianoa, Acain, Efan, Memra siue Menra, Thamna, Gaba in Gozen monte sita, Othan ad radices Carmel, quæ pars Gozen montis vinetis confita fuit. Nephfan, & ciuitas quæ Solis dicebatur, Harama in monte posita, vnde & nomē accepit, & superius etiam Hasagad non longè à specu magno, quæ Odollam spelunca est appellata, & Hassenum, Adulam, Socho, Bethul, Dan, Anab, Beth-pheleg, Gilo, Iether, Cesil, Dabir, Ciriath-senna, Elthola, Hafar-fual, Bagala, Hafar Soghal, Aman, Magdalgad, Hadassa, Adelasa, Bethharama, Bethiephiboth, Chebec, Sama, Baloth, Sifelec, Leheman, Masseph, Iectel, Chaim, Bethmarchaboth, Ain, Molada, Delean, Zecho, Thaman, Saraim, Adithain, Saron, Gederoth, Bala, Iagor, Maceda, Gethremmon, Bane, Baala, Iethla, Remmon, Bethlebaoth, Labana, Ether, Gericon iuxta lacum, Elon ab vlmorum copia sic dicta, & Aialon, Athar, & Serfena, Tamna, Ieptho, Elon, Aeron, Themna, Baschat, Mamma, Bethdagon, Gethela, Lachis, Afan, Efna. Chebon, Gederothaim, Salabim, Zanoab, Arna, Gera, Sabag, Secron, Aracon, Lebna, Nesib, Aczib, Marefa, Asthaoth, Afen, Cesil, Gerara, Sur, Iehud iuxta Baala montem, Acharon, Aczib, Afcalon, Baala in extremo termino, Iania supra Ioppen, Enrimon, non procul à fluuio Ægypti malogranatis nobilis & Serim. Fuerunt præterea aliæ vrbes & oppida plura in hac tribu vel olim condita, & postea amplificata, vel à nouis incolis constructa. Atque hæc Iudæ tribus fors, quæ ad Austrum omnis erat, peragrata à nobis est. Latissimam omnium partem hæc tribus sortita est, Australem, vt diximus, totam: vinetis & pascuis locis frequentē; ideoq; iuxta *Gen. 49. 10.*  
 oraculi sortem vino ac lacte abundantē, munita multis *Iosue 12.*  
 in locis naturæ opera fuerat olim Chanæorum, Phe- *Iudic. 1.*  
 rezaorum, & Iebusæorum ditionis. Quanquam verò prima & antiqua Iudæ tribus ratio, hoc quem descripsimus modo habuerit; tamen populi crescentis cultura, & temporum decursu multis partibus & locis mutationem & incrementum aut ornamentum accepit, vnde in alijs auctorum scriptis, præter Iosue, qui distributionem primam definitam reliquit, multa obseruauimus, quæ operæ pretium facturi videmur, si lectoribus breuiter indicarem, vt aspici, cognosciq; dignissima. Illud autem præfari principio placuit, auctores omnes, qui post discessionem Iudæorum & Israëlitarum scripsere, maximè qui ex alia gente fuerint, aut qui postremis temporibus post Babylonicam transmigrationem de his regionibus aliquid disseruere, ferè toti regioni, in nouem quondam tribus diuisæ, Iudææ nomen vel Palæsthinæ vel Syriæ Palæsthinæ adscripsisse, aut diligentiori partitione in tres tantum prouincias

diduxisse Iudæam, Samariam, & Galilæam. Deinde non omnibus locis suum situm exactè à veteribus fuisse adnotatum. Igitur quæ post mortem Iosue varijs temporibus commemorata adnotantur, sunt; Medemena, eademq; Memnonis proxima Hazzab, & Bethdagon non procul à Iamia, & Gabaath, Ceilæ ad eam vicina, ut Habbacuc vatis sepulchrum, utraque sibi vendicet; Halul villa Hebron proxima, & Eschol vallis cum torrente; Theorah oppidum, de quo iam diximus, & saltus vasti inter Ierusalem & Engaddi, in eoque agro Asphar lacus, & super Thecuâ ad Ortum Ieruël vallis, Beth-anabal, & Aorabi in terminis Iudææ ad Orientem & Arath non longè à Cades agro, cuius regem infestum Israël aliquando sensit, ibidemq; Barath, Arith in Daroma locus David præsidio insignis, & iuxta eum Asthemech, & in agro Ierusalem Bethsam siue Asam vicus. Puteus siue fons videntis me inter Cades & Arath, Bare siue Bera siue Beroëa vrbs inter Ascalonem, Azotum, & Ierusalem, quæ Ioathan filio Ierubaal latebras dedit, Abimelech fratris scitiam fugienti, & in eodem tractu Baaldezel vicus iuxta Bethsemes siue ciuitatē Solis, berat bethur, & bezech Palæsthorum siue bezedim & Challis vrbs, & rupes Ethan, vnde Samson ad Philisthos demissus est, & prope rupem Ebezinthia locus, & Phatura villa non longè à Gaza & Saphir prope Ascalonem, befferon, quæ postea bethsura, Ierusalemorum præsidium ad vallem Rephaim in montibus situm. Bethacaris, Syriacè vinearum domum significans, inter befferon & Ierusalem, eadem corruptè bedus Carith & bergazura, & Dessan castellum ad Aquilonem vrbs, & Carnea vicus decem millibus passuum longè ab Ierusalemis. In Gerara agro beer Din, ibidem Gerara metropolis dicta, & Gurbaal, & vallis ipsa magna Gerar, & putei Iacob multi in ea valle. Inter Ierusalem & Iericho, bethagan qua fugam in desertum Sedechias petebat, & Lacabus vicus in agro Ierusalem, & Salem contra ortum Ierusalem in tractu ipso atque vicinia Ierusalem, bethania villa ad Austrum montis oliuarum duobus passuum millibus ab vrbe distans, & secus villam Bethphage, inter quam & vrbs collis est montis, & Turris gregis siue Geder non longè à bethlehem Ephratha, monimētum olim sceleris Reuben aduersus paternæ domus pudicitiam admissi. Hic pastoribus angelus Christum nuntiabat natum, in eadem regione Rama locus inter Techoâ & Hebronem Gabrata sepulchrum Rachelis fortitus locus. In agro vero Hebronis Luza & Ogysoi regio Cananæorum olim vbi Agar Abrahæ locata dicitur. Et Malatha vrbs & Maseroth, vbi aliquando David in speluncis latuit, ibidemque Siphemoth locus: & Abel Misraim, id est luctus Ægyptiorum. Et Asedoth siue Asdod locus: in ea regione Enacim fuerunt, quorum reliquæ in Gad & Asdod mansere. ad fines australes, Petra vrbs antiqua, alia ab Arabum Petra in Ægypti confinio. Param desertum in ambitu Maon & Carmel montium ad austrum spectabat. Sunt & alia minoris notæ loca, tamen vel commemoratione, vel rei in illis gestæ monumento celebrata, ut bethsalisa in Tamnitica regione, & Bozor torrentis ad austrum Siceleg. Post Chiriathiarim sunt castra Dan versus Ierusalem, quorum etiam nomen est bethmaacha. Nobe etiam vrbs fuit sacerdotibus adscripta, inter Ramath beniamin & Ioppen, quæ Saulis in sacerdotes crudelitatem testata est. In agro Masera vallis fuit Zaphatha; alijs Sephala dicta à depressione; eadem etiam Rephaim vallis dicta; in eadem valle Adiada vrbs. Apud bethsemes locus castrorum Philisthim indicabatur aphech nomine. Ebenhazer lapis adiutorij dictus prope Bethur. Circa Mare Salis Sohar est, siue Sehor, quam Lot Sodomiticum incendium fugiens, petiuit. Iuxta eam ad Aquilonem fuit Nimrim siue Benamrim, & in Iudæa montibus, qui ad Seir ascendunt, ad vsque Baalgad erat mons Lenaus dictus, Casphem vrbs munitissima super Iab-

niam ad ortum in Dan tribu, atque in eiusdem tribu termino occidentali, Eleutheropolis, quam Elthola quondam dictam putamus, itinerarij Hieronymiani notatione insignis: in eadem tribu Dan ad Ortum versus Ierusalem Malatha fuit.

## SIMEONIS TRIBVS SORS.

SIMEON & Leui nullam certam hereditatem pater Israël assignauit: Sed diuidam, inquit, eos in Iacob, & dispergâ eos in Israël: igitur à Iudæa tribu, cui latissima præter cæteros contigerat sors in, hereditatis partem admissi Simeonis filij, terminum à meridie occasum versus habuerunt Beerseba & Seba, qui per Molada in Haferual ascendebat vsque ad Hassem, & Bethul, & Elcholad, & descendebat ab Aquilone per Siceleg, & Bethmarchaboth, & Barohen vsque ad Sabaa, Baala & Bethrama contra Australem plagam. interiores illis vrbes fuere; Bala, Harama, siue Betharama, Ain & Rhennon & Athar & Asan; omnes hæ vrbes cum vicis, oppidis pagisque suis. Cæteræ verò omnes, quæcunque his intermixtæ fuere, Iudæa tribus ditionis erant.

## DAN TRIBVS SORS.

DAN etiâ ita Iudæa confinis habitabat, ut tribus partibus ab Ortum, Occasum & Austro terminos cum illa tribu communes haberet, ab Aquilone verò partim, hoc est, Ortum versus cum Biniamin, partim verò cum Ephraim limites iungeret, atque ex ea parte non magnis tamen spatijs mare contingeret ad Ioppen. Habuere autem vrbes limitares, ab Ortum Sorah siue Saraa, deinde versus Aquilonem, Esthaol & Girsemes, ad Austrum Selabim & Aialô, & Iethla: interiores vrbes memorantur inter primas, Elô, Themna & Acron, Eltheche, & Gebethô, & Balaad, & Lud, & Bane, & Barac, & Gethrimon, & Giarcon, siue Ghericon sita ad lacum, & Arecon tractu vsque ad mare, cuius vicinia effectum est, ut nauigandi studio teneretur illa postrema regio. Habuit insignem virum tribus hæc Manue patrem Samson de stirpe Dan. Quæ verò posteriorum temporum loca obseruata, præterea apud hæc tribum accepimus, fuere Iabnia ciuitas, quæ & ipsa Iebnaël, vel non procul à Iebnel fuit, & Sored torrentis qui urbem Esthaol præterfluebat, & Capharzarid vicus, & Sarea vrbs, & Gederoth siue Gedrus oppidum postremis seculis Cedro, ut videtur, dicta, & Sechrona, & Modin oppidum Hasmonæorum, qui & Machabæi dicti sunt, patria; quorum sepulchra illustribus septem pyramidum monumentis, eodem loci visuntur. Sed non contenta his terminis, quos primùm sortita fuerat Dan tribus, ad Libani vicina loca procurrit, atque in Afer & Nephthali fortibus eam partem inuasit, quæ Lais siue Lesem ditionem definiebat, & à Chananæis diu occupatam expugnauit; in eaque populi sui partem, tanquam coloniam, constituit, cui mutato nomine Lesem suæ tribus auctoris nomen indidit, Dan, terminosq; sibi constituit, ab agro Emath vrbs magnæ ad Libani ostia vsque ad Sydoniorum terminos, agros. in ea regione postea commemoratas inuenimus Samanam ad Libani radices & Cades, & Acadin, Helim & Orez, ipsa autem Dan ad Iordanis fluuii caput sita fuit. Huiusmodi autem inuasionem à filijs Dan efficiendam antiquus omnium tribuum pater in prædictionibus significauerat. Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita mordens vngulas equi, ut cadat ascensor eius retrò. Fuerunt autem duæ extremæ totius terræ Israël vrbes, Dan ab Aquilone & Beersebag ab Austro, atque ideo cum de vniuersitate Israëlitarum, vel de terra ipsa omni, mentio fit, harum duarum vrbiuum nomina & regiones commemorantur.

## BENIAMIN SORS.

**BENIAMIN** à meridie eisdem fortis terminos habuit, quos Iuda ab Aquilone vsque ad Tamna, quæ ultra montem Saronæ sita erat, namque ea parte finiebatur omnino terminus Australis Biniamin, & cum Aquilonari termino in acutum angulum coibat, ita ut alterum Ypsilon cornu Australis, alterum verò Aquilonaris efficeret; ipse verò angulus terminum, à mari, hoc est, occidentum constitueret, ab Aquilone verò filiorum Biniamin ferè rectus ad Iordanem vsque procurrebat, nisi quantum in montibus Bethel & Ephraim, nonnihil flectebatur, ubi in Iordanem deductus esset, Occidentalem fluminis ripam vsque ad ostium secutus, Orientale claudebat latus. Transibat autem terminus per montes Saronæ, & Atharoth Adar, & Bethel, & vallem Bethauen, & Anathoth, & Maspah, & Ebal. Urbes & loca celebriora in terminis fuere ad Austrum, Betharaba, & conuallis Enon, & pars Ierusalem, & Enfemes, & Eleph, & En-rogel, & vallis Hinon, & Nobe, & Beeroth. Ad Aquilonem verò versus Ortum tendentibus visebatur, Baamoth & Ierephel, Recem & Amofa, Bethauen, Bethel, Anathoth Ieremiæ prophetæ natale solum, Maspha siue Mispa, iuxta torrentem Cherith. Interiores verò vrbes ab Ortum recèssi cœptæ fuerunt, Iericho, Bethagla & Hai, Chafis, non longè à conualle Hinom, Gebgath, Samaraim, & Kiriath Sela, Almon, Gabba Saulis, id est, collis Saulis, iuxta quem lapis siue rupes fuit notabilis, sub qua David, antequam postremum à Ionathâ digrederetur, latuit. est & in eodem agro lacus clade Palæsthorum, quos David superauit, memorabilis. fuit & altera Gabba Biniamin toti ferè tribui aliquando funesta vrbs, ob violatam Leuitæ uxorem. Fuere præterea aliæ mediterraneæ vrbes, ut Auin, Ceila, Apher, Ophra, & Gabaon in Silo monte sita, Caphra, siue Cephira, & in monte Ephraim, Rama, quæ Saulis ciuitas appellata est. Et Mispha Samuelis domicilio illustris in eodem monte Silo, Irpheel, Tharela, & Segla. Quæ præcipuè in huius tribus locis præter ea quæ iam recensuimus memoranda occurrunt, sunt duæ rupes in agro Gibgah, quarum alteri nomen Bosès, alteri verò ab acumine ac dentis similitudine Sennah, quas Ionathan cum famulo aliquando difficilimo labore conscendit, admirando tamen cædis in hostes fugatos factæ exitu. Est & Rimon petra inter Ierusalem & Iericho, & Balthamar, quo loco Israhelita in Biniamin tribum vlciscendi sceleris causa, ubi conspirassent, castrametati sunt. Sors hæc angustior ac breuior cæteris ferè omnibus fuit, sed quæ soli vbertate breuitatem compensaret, sicut scriptum est: Biniamin lupus rapax, mane comedit prædam, vespere autem diuidet spolia: quod & ad illud etiam Gabaitarum facinus referendum est. ad Iebusæos antea pertinebat huius regionis pars quæ Ierofolymam respicit.

## FILIORVM IOSEPH SORTES.

**DVOS** filijs Ioseph, Ephraim & dimidiæ tribui Manasses fors tertia obtigit, ultra Iudæ & Biniamin ad Aquilonem: sed Ephraim longior & maior omnino terræ pars est tributa quàm Manasse, cuius dimidiæ tribui ultra Iordanem fors ampla contigerat. Fuerunt igitur Ephraim termini meridionales à Iordane ad mare, idem qui Biniamin Aquilonares à fonte celeberrimo & vnico, quo Hiericho agri fertilissima pars irrigatur per extrema Ebal montis, transibatq; per montem Canhadema, & per ramenta montis Silo ad Archiatharod montis partem eius, quem Atharoth-adar appellari in Biniamin tribu exponebamus, & per Iephlethi, & per terminum Bethoron inferioris, & per agrum Gazer, quæ Cananæorum vrbs fuit insignis, quos non illo tempore expulerunt Ephraim filij. Deinde terminus ad mare pertinebat, angusto satis tractu: à mari termi-

nus Aquilonaris per Bala montem trāsibat ad urbem, cui ex fonte nomen factū fuit, Enthaphua, hoc est, Pomorum fons; cuius aquæ regionem irrigabant in Manasses agro pomorum mirè fertilem traiecto torrente, qui antiquo nomine Arundineti torrentis, & postea Torrens Ephraim dicebatur, cum ipsa Arundineti valle post En-Thaphuah, ad Garizim montes & Bethoron superioris terminos, atque inde ad Thanach Silo, ac tandem ad Iordanem perueniebat. Orientalem terminum Iordanis constituiebat, à Thanach Silo vsque ad Ianoah non longè à mari Salis. Vrbes in ea præcipuæ fuerunt; Tanach Silo, Ianoah, Ephraim, Baal, Aflor, Bethauen, Bethoron inferior, in Orientali & Australi limitibus, En-Thaphua, Bethoron superior, quæ conualli illustri dictæ imminebat. Interiores vrbes ab ortu legentibus erant, Iebfam, & illa postea Ierofolymorum & Iudæ regni, ac totius nominis & rerum summæ æmula Samaria; Silo, tabernaculi sacri olim locus; Sichem, hospitio Abraham primū nobilis, sed insigni cultorum clade per Iacobi filios accepta memorabilis, duodecim filiorum Israhelis sepulchro vicino insignis, cui Selmon mons imminebat, & Salem altera, ab illa Ierusalem, clara olim Melchisedech rege ac sacerdote Dei superni. Regio montuosa est, sed eximia, tam in vallibus & campestribus, quàm in montanis locis, feracitatis. culturam admittit facillimè, & summā cum colētium vtilitate. arboribus plena fuit, tum syluestribus, tum etiam fructiferis. aquis dulcibus abundat, & amœnis pascuis, vnde pecoribus, armentisque frequens, lactis copia, & bonitate nulli ex alijs concedens: viris passim referta, & in vrribus, & in agris conspiciebatur, vnde & paternæ ad præcationis atque promissionis ex diuino oraculo hæres illa gens fuit, dum suam illam sortem non irritato Deo obtinebat.

## MANASSE SORS.

**DI MIDIVM** ferè eius tractus, qui est inter Iordanem & mare magnum dimidia Manasses tribus obtinuit, eam, videlicet, partem, quæ ad mare attinet: ad læuam enim Aser tribus, ad dexteram Ephraim pars, ad ortum Issachar, ad occasum autem ipsum mare, habebat; nempe terminis hoc pacto ductis: ad læuam qua Aser adiacebat, Machmathath recta per traiectum Cifon fluuij brachium ad Thenach vsque: deinde ad mare per Carmel montis partem. erat autem ad dexteram idem Manasse terminus, qui Ephraim ad læuam fuerat, à mari iuxta Sihorbanath, & traiecto torrente Ephraim, qui ex Silo in mare sub montibus Carmeli decurrit, & per vallem Arundineti, & agrū Thaphua, ac donec in confinia Issachar deueniretur, iuxta Thaboram oppidum, vnde recto ductu terminus ad Thabor montis partem, iuxta Machmethath tēdebatur. Vrbes præcipuæ & antiquissimæ in hac tribu fuerunt, Bethsan, Machmatha, quæ eadem Michmas, Endor, Ieblaghama, Magedo, Nopheth, & Thanach, & Gethrimon, Bethsan, Dor, & Sior, ac Siorbanath. Posteriorum verò temporū vrbes & nomina in hac sorte fuerunt; Dothaim, & Galgul, & Bethulia, Iudith insignis formæ, pudicitæ, fidei ac fortitudinis fœminæ patria, in monte sita, qua mons occasum respicit, ibiq; fons insignis; Helma, Helmō, & Efdrelon, in cæpo Magedo, Abelmeholach sita in Aulone mōte, ubi Elifau prophetam natum legimus, & Heboth & Bethsecha, & fontes torrentis Cherith, latibulum aliquando Eliæ: Lebona & Luz altera ab illa Bethel, Armathaim siue eadem Ramatha Samuelis patria, quam Arimathæam Syri dixerunt, & Capharsalama Machabæorum tempore notissima, cui postea Antipatrida nomen fuit. Aruir villa & Gebarimon, & Cuphne vrbs magna triginta quinque stadijs à Bethoron seposita, & Ammua villa, & Bezech, & Hammorch collis Hermonis minoris, ubi castra Madianitarum fuere, & Baa-

Isr. 18.

1. Reg.

Gen. 49. 27.  
Iudic. 1. 21.

Isr. 16.

Iudith  
1. Machab

zor, in cuius agro Abfalonis greges erant. Et Baal Ieraphim Dauidi ad castra delectus contra Palæstinos & Bamah locus tabernaculi in Silo, aliàs Bamah Gibgoa dictus. Multa etiam in hac regione, postremis Iudæorum ferè temporibus habitata seruauius, vt Thebe oppidum, non procul à monte Silo, & Phaselum oppidum in Aulone, Iordanus vicus non procul à Iericho, Eduma, Magdal, Sina, Amathus vicus ab aquis calidis dictus. Sed hæc nomina & oppida antiquæ fortis Ephraim & Manasse limites excedebant, atque ad ea secula referuntur, in quibus tribus omnes in tres regiones confusæ erant, Iudæam, Samariam, & Galilæas. Namque hæc omnia Samariæ ditioni adscribebantur, quæ ab Herode restituta, Sebaste dicta est. Ex hac ratione fuere, Bethahad vicus Samariæ in angusto locis, vnde & nomen accepit, & Thebath & Bethseca huic proxima, Chelma & Chelmon prope Bethuliam, Efdreion etiam sub Dothan in campo magno sita, vrbs & campus ipse eodem dictus nomine Efdreion. In monte etiam Ghebal olim baghal-benth templum fuerat, quod Alexandri tempore restitutum, sacerdotes quidam seditioni, Ioui Olympio hospitali consecrauerunt, qui & Bethel-berith quondam dictus est. Huc etiam per ea quæ diximus tempora, pertinebat Ierichus, non iam vrbs, sed castellum, & Trax castellum, non longè à Ierichonte, & huic proximum Tyrus castellum, & Socoth à tabernaculis Iacob prope Sichem dicta, & Gaas mōs iuxta Tamnam, Iosue sepulchro illustris; & Arima locus ex Abimelec insidiis nobilis, inde enim impetum fecit dux ille in Sichem; Phaslo, Ptolemairus, Sanim vici in agro Samariæ, Ierosolymam versus, Laba paruum castrum, Aphec vrbs Palæsthorum olim castrametatione occupata, Gilim, Achabi oppidula & Aiolim dicta, olim Aialon in monte Cheres, & iuxta aquas Merom, Araba, Afer, & Erothi, & Bethabara, Bethasitha, & Seredath, Seroratha iuxta Aulonem, Deiersa ad aquas Meron in Issachar olim agro. Ephraim, mons in qua Sechem oppidum, Ephra, & Ophra in montibus Ephraim, Gur, pars montis Ieblagam. Rooba oppidum in tribu Manasse, Salumnias vicus & Samir in termino Issachar, Thirsa regia & Adarsa, vicina Bethoron inferiori, Adaser oppidum, Bethel etiam huic parti adscripta est, dicta etiam Excelsum Silo, Gittah vicus inter Antipatridam, & Ramah, Hai, & mons illi ab Aquilone oppositus, in quo Iosue castrametatus est; Sebarim etiam, ad quem vsque locum viri Hai persecuti sunt Israelitas in descensu viæ ad Iericho. Atque soli agrorumque vbertas, cælique temperies vtrique Iosue filio obtigit, admirabilis, testamentique legationi olim à patre Israele designata, apprimè conueniens, non modò situ ipso, & regione, sed prosperitate, rerum copia, populique frequentia, sicut scriptum fuerat. Filius accrescens Iosue, filius accrescens, & decòrus aspectu, Deus patristui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberum & vuluæ. Gens ipsa reliquis tribus Israel sibi familie splendore & dignitate cõparatas despiciebat, propter summum in auctore suo Iosue, omnis animi magnitudinis rerum gestarum gloriæ ac dignitatis exemplum. Adeoque valuit gratia & dexteritate atque consilio humano, vt ex duodecim tribubus, nouem sibi deuinxerit Ephraim.

## ISSACHAR NONÆ TRIBVS SORS.

Gen. 49.

**I**SSACHAR asinus fortis accubās inter terminos, vidit requiem, quod esset bona, & terra quod esset optima, & supposuit humerum suum ad portandum. Huic quarta sors obtigit inter Ephraim à meridie, & Zebulon ab Aquilone, Gad ab ortu, & Manasse ab occasu; cuius terminus ab Austro, ex Iezragel amoenissimo & eximie fertilitatis loco per montem Garizim, & Samariæ atque Bethoron vsq. ad Iordanem productus est, idem

qui Ephraim Aquilonaris erat, ab ortu verò limitem Iordanis constituebat, ad mare vsque Cinereth siue Genzareth: indeque per montem Thabor ad Ieramothe vrbs siue Iarmuth, Aquilonaris terminus fuit: ab ea autè ad Iezreel occiduus. In illa vrbes commemorantur ab Ortu recensentibus, Enharada, Bethpassies, Enganim, Haemes, Rabboth, Ramoth, Ahes, Cefion, & Ephraim, Aroer gentium, & Subam; non longè à Gelboe montibus, Salim iuxta torrentem, Chofaloth, Daberet duo oppida ex vicina in Zabulon tribu, vrbe olim extracta, Bethsemes, Hapharaim, Anacharath, Chifion, Zunam, Sehelima. Montium in ea nomina præcipua, Thabor & Gelboe partes & Ramoth cum vrbe iam commemorata, & in occidentali termino Carmeli partem. Quæ verò præter commemorata in distributionibus loca ad Issachar sortem relata, aliàs obseruauimus illa fuere; Enabris vicus, & Naim oppidum, & Bethsaida parua vrbs cum eiusdem nominis saltu vasto, Iotapata, non procul à Chinereth lacu. Regiones præterea duæ in huius tribus agro notatæ sunt, Chinereth iuxta lacum, Dalmanutha inter lacum & Thabor, eam interfuit Chifion Sitara cladis monumentum perpetuum. mira fluuij natura: namque ab Ortu, ex montibus Gerizim, Samariæ, & Gelboe, vnde concipitur, in occasum tendens, post longum decursum diuisis aquis, alterum cornu sui nominis in mare magnum tendit, alterum verò Chedumim appellatum, ad Ortum directè reflectens, Chinereth lacum petit. Apud hoc autem Elias Baalim sacrificulos interfecit. Terra, vt Israel sortes filiis nuntiando prædixerat, fertilissima fuit: sed præ cæteris tributo soluendo impense addicta. s. s. e. Factusque est

## ZEBVLVN TRIBVS SORS.

**Z**EBVLVN in littore maris habitaturum esse pater prædixerat, atque itaeducta sorte vtriusque maris littus obtinuisse legimus, magni ab occasu, Chinereth ab ortu. Habuit autem à meridie communes terminos cum Manasse & Issachar, præcipuamque in illo latere vrbs Sarith; à qua, pars limitis ad mare magnum decurrebat; pars verò superior secundum Chasaloth Thabor per Medalaa & Dabereth, iuxta torrentem Chedumim, & Iaphia magna oppida pertinebat. Deinde aduerso flumine per Geth-hepher & Thachasim, vsque ad Remon, inde Aquilonaris terminus procedit: Amthar, & Noa, & Hannathon, quam ad Austrum relinquit, tandemque egreditur in vallem magnam, quæ à latitudine & longitudine Iephthael dicta est. Primæ habitationis in hac regione vrbes præter eas, quæ in limitibus erant, memorantur Careth & Nahalol, & Simeron & Iedala, & Bethlehem, altera ab illa Ephratha quæ in Iudæa tribu fuit; montes in hac præcipui nominis, Char mel ad occasum secundum mare magnum, & Thabor in medio, & quæ partes Hermon minoris citra lacum sunt. Quæ verò post primam descriptionem commemorata reperimus, ea sunt, Ecbathana oppidum in monte Carmelo situm, quod ab ipso postea monte nomen mutauit, Carmelumque dictum est. Et Capernaum vrbs in regione Genesar, non longè à lacu Genesareth, & fons iuxta Capernaum, qui agros irrigatos à se fecundat, & Githron quæ antiquos habitatores diu retinuit. Malon suæ olim gentis regia, Georgia, Ruina, & Chaynoth castella, & oppida, Cana minor quæ Galilææ Canah dicta est, atque illa Iesu Christi humilis, sed nobilissima patria Nazareth in media ferè tribus huius regione sita. Habuit regio hæc præter communem omnibus fertilitatem in aquis Capernaum coracè piscem quem nisi in Ægypti Nilo nullibi aliàs reperire est. Hæc tribus insignem in omni Israel iudicem dedit Ahialó. Antiquissimi cultores Chananæ dicebatur. Ab occasu Aquilonem versus Sydonis regnum contingebat.

## NEPHTHA-

Iud.  
Iosue  
Iud.  
4 Reg.

Machab.

Gen. 49. 23.  
Iud. 1. 22.Iud. 12. 11.  
Iud. 1. 30.  
Deut. 33. 18.

Cana...

Iudic.

## NEPHTHALI TRIBVS SORS.

QVOD reliquum est à termino Zebulun Aquilonari ad Iordanis vsque flexum magnum, Nephthali tribus forte obtinuit: eiusque terminus ab Aquilone fuit Halibath siue Haleph, in angulo sita, qua se tres tribus Nephthali, Affer & Dan contingunt, & per Neheleon & Adami, & Saananim ad Iebnael & Amonider, indeque ad locum sub lacu Iordanis primo, ac tandem ad Iordanem; ab Austro verò, vt diximus, terminus cum Zebulun communis deducebatur iuxta Azanoth Thabor vsque ad Hucboch, & peruenit ad Affer confinia iuxta Chul: deinde terminus in arcus formam declinabat, ab Occasu ad Helaph vsque, habebatque ad dexteram conterminos Zebulun agros ad sinistra Dan; ad Occasum verò Affer, ab Ortu autem Iordanis partem cum lacu minori, ita vt Iordanis decursu cum Iuda coniuncta esset hæc tribus; ipsaque fluminis initio, Iuda verò sine cæteras omnes tribus ab Ortu cohiberet. hoc enim à Iosue significatum arbitramur, sic scribente. Et pertransit in Zebulun contra Meridiem, & in Affer contra Occidentem, & in Iuda ad Iordanem contra Ortum Solis. Præter eas vrbes, quas in limitibus sitas diximus, illas quoque munitissimas habuisse hanc tribu accepimus: Hassdimser, Emath, magnâ ciuitatē & regionis suæ caput. Rachath, Cheneret, quæ magno lacui nomen, vel ipsa dedit, vel ab eodem accepit; & Edemah, & Arama; Afor & Cedes, & Edrai, & En-Affer, & Iabin olim regiâ urbem, & Ieron, & Magdael, Horé, & Beth-Annath, & Beth-Sames, & Carthâ, balneis salubribus insignē. Quæ verò posterioris memorix loca in illa tribu fuisse obseruauimus, illa sunt, Sedad, Siphir & Charoseth ciuitas Sifaræ, Bethmahacha, Sebath filij Bochri in Dauidē rebellis furiarū terminus, Abel Mahacha in lato campo sita, munitissima pacisq. cultrix vrbs, Beth-Achad, Gabe Hippeo, nouissimis temporibus Legio dicta. Velenç Ampelosa Gabacha, vrbes: Berothi & Iamia, parua oppida: Ghalgal, Masaloth, Nephthali siue Nephtholim, vrbes: Nahson & Acra-bim, in qua diu permansere Emorrhæi; Saphoris ciuitas, quæ & Harabih, eadem postea Anthocratorida & Vbama siue Sephama, & Thariach, & Theffalus vicus. Mōtium præcipui Thabor, alius ab illo maximo apud Isachar: huic & nomen Itabirim fuit, qui mons sanctus à Petro Apostolo est appellatus; & Afamon qui & Afachron dictus est mons. Locus etiam illustris est introitus Hammath, qua Libanus à Damasco in Hammath portas aperit. Regio ipsa inter Libanum & Hammath vrbs ipsius nomen obtinuit, quæ postea Yturea appellata est.

## ASER TRIBVS SORS

ASER tribus spaciosam regionem forte obtinuit, finitimosque habuit ab Ortu Nephthali; ab Occasu Tyri, ac Sydonis regnum; à Meridie Zebulun, ab Aquilone verò Dan: vrbesque in finibus Helchath iuxta Dan, & Chali inferiorem, & Bethren, & ad mare Achsaph, & Elmelech, & Amaad, & Mefal; Ramah in ramento Charmeli montis, & ipsum Charmelum, qua parte Siorbanah sita fuit, deinde Ghosa & Aczib vltimam sub Achior quæ ad Zebulun pertinebat. Atque ad Orientem conuerso termino, qui Zebulun Aquilonaris erat, sitæ fuerunt Achsaph, & Beth-Dagon. inde autem tractus producit vsq. ad eam partem agri Zebulun, quæ Iiphthahel vallis dicebatur, relicta ad Austrum Bethemech, & per Nahiel & Chabul, & Abram. Fuere præterea illo tempore vrbes & oppida illustriora, Rohhob & Amon, & Chana maior appellata, è cuius finibus postremis temporibus, illa insigni fide fœmina egressa Christum de filia à dæmonio oppressæ liberatione appellabat. Post verò primam illam fortis descriptionē, & diuisionem commemoranda legimus, Giscalam municipiū Galilææ, vnde Paulus Apostolus oriundus fuit, & mons fortis, & Thoron castella, Sareptam Sidoniorum, & Afor, & Ludin, & Regium

& Sepheth castella, sed hoc postremum inexpugnabile. & Hecco, & Lais siue Lesem, vel Dan vrbs, quæ à filiis Dan possessa est, quamquæ ad Afer pertinuisse dicitur. Valles præcipuas Sennim & Afer, & Crocodilum oppidum, & aliud Bubulcorum dictum, vtrunque in agro Ptolemaidis, cui nomen quondam Acron siue Acri fuerat. Regio ipsa præter maritimum commerciorū opportunitatem frumenti fertiles agros habuit, atq. omnibus rebus ad victum commodis vsque ad delicias abundauit. ex montibus ferrum & æs effodiebatur. olei etiam copia præcipuè commendati expressit.

## DE TRIBVVM SERIE.

TRIBVVM seriem eam teneri oportebat, quam pater Israel moriturus, dum filiis sortes prædiceret, instituit. 1. Reuben primogenitus meus, tu fortitudo mea, &c. 2. Simeon &c. 3. Leui, Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israel. 4. Iuda, te laudabunt fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij fratris tui. 5. Zebulun in littore maris habitabit, & in statione nauium pertingens vsque ad Sidonem. 6. Issachar asinus fortis accubans inter terminos. 7. Dan iudicabit populum suum, sicut & alia tribus in Israel: Fiat Dan coluber in via, cæastes in semita. 8. Gad accinctus præliabitur ante eum, & ipse accingetur retrorsum. 9. Afer pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. 10. Nephthali ceruus emissus dans eloquia pulchritudinis. 11. Filius accrescens Ioseph, filius accrescens & decorus aspectu. 12. Biniamin lupus rapax, manè comedet prædam, & vespere diuidet spolia. Hæc series tribuum iuxta benedictionis rationem, & nascendi ordinē fuit. Verum in partitione terræ, ac fortiū iactu, aliam seriem obseruauimus. Namque expugnata vltra Iordanem regna, & duabus tribubus, ac dimidiâ optata terra illa, in causa fuit, quamobrem alius ordo in fortibus iniretur distribuendis, quem hoc modo sacri libri designant. Reubē, Gad, & dimidia tribus Menasses, vltra Iordanem fuerunt, citra Iordanem verò primam sortem obtinuit Iudas ad Austrū, cui ad Aquilonē iunctus fuit Ephraim. Et post eū reliquæ dimidiæ tribui Menasse ad mare sua pars fuit adscripta: secundam Simeon in Iudæ finibus, tertiam Zebulun, quartam Isachar, quintam Afer, sextam Nephthali, septimam Dan. Atque ita ex partitione terrarum hæc series colligitur: Reuben, Gad, Menasses, Iudas, Ephraim, Simeon, Zebulun, Isachar, Affer, Nephthali, Dan. Nobis verò in hoc libro series seruata est, quam situs ipse peragrantibus offerebat, ita vt ex vicino in vicinum limitem transeuntibus, quæ proxima occurreret fors, eam describeremus, initio à Meridie facta. hoc modo: Reuben vltra Iordanem suos agros assignauerimus, in regno Scō regis Amorrhæorū; & Gad, & Menasse in regno Og & Bassan regione. Dein de traiecto flumine Iordane primū constituerimus Iudam, cuius describeremus sortem, secundum Simeonem, tertium Dan, quartum Biniamin, qui cum Ephraim; sextum Menasse dimidiam tribum, septimum Isachar, octauum Zebulun, nonum Nephthali, decimum Affer, eam demum partē agri quam Dan filij sibi bello cepere ad Libanū, cum de Dā ageremus, recēsebamus.

## DE SACERDOTVM ET LEUITARVM CIVITATIBVS.

DE Leui & Simeone dictum fuerat à patre: Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israel. Omnem hanc familiam ad sacrorum ministeria Deus delegit, vice omnium primogenitorum Israel, quos sibi exceptos esse voluerat; quam quia sacræ lectioni, religionis obseruationi, ritibus, ceremoniis, custodiisque sacris pro omni populo intentam esse voluit, ab omni alio negotiorum & operum secularium studio vacuam, & suis tantum muniis vacantem, perseuerare, atque ideò solis vrbes ad habitandum idoneis contentam manere iussit. Earum verò ciuitatum distributio, hoc pacto facta est: Fuerunt ex Leui tribu familiae. Prima Chaath

Iudic. 5. 17.  
Gen. 49. 20.

Gen. 49. 7.

Cana femina

Iudic.

Ios. 21.

Chaath filiorum Aaron sacerdotis : secunda filiorum Gerson; tertia Merari.

Primæ igitur Caath familiæ ciuitates adscriptæ sunt tredecim in fortibus Iuda, Simeon, & Biniamin. Cariath Arbe in montibus Iuda cum suburbanis suis, eandem Debron dictam scripsimus. & Lobna, & Iether, & Esthemo, & Holon, & Dabir, & Ain, & Iera, & Bethfemes. Hæ nouem ex tribu Iuda & Simeon fuere. Ex tribu uero Biniamin, quatuor illæ; Gabaon, & Gabac, & Anathoth, & Almon. His autem, qui reliqui ex eadem familia fuerant, vrbes assignatæ sunt in sorte Ephraim, Sechem cum suburbanis suis, Gazer, & Libsaim, & Bethhoron cum suburbanis suis: atque de tribu Dan, Elthecho, Gabathon, & Ayalon, & Gethrimon, de utraque tribu quaternæ, ex dimidia tribu Manasse duæ, Thanech, & altera Gath Rimon. Decem his urbibus habitauerunt filij Caath, Leuitici ordinis.


Gersonis uero familia ultra Iordanem obtinuit vrbes duas; Gaulon in Bassan, & Bosrah, siue Hestherach. Et in tribu Issachar quatuor, Chesion, & Dabereth, & Ieramoth, & Enganim; ac totidem ex tribu Aser, Masal & Abdon, & Helchath & Rohob. tres etiam ex Nephthali tribu, Cedès in Galilæa, & Hhamoth siue

Hhamath, Dor, & Chartan: ita ut huic familiæ tredecim obtigerint.

Merari autem familiæ, quæ in Leuitis censabantur, vrbes concessæ sunt in tribubus Zebulun, Reuben & Gad duodecim, hoc pacto: Ex tribu Zabulun, Lechnan & Chartha, & Danna, & Nahalol. Ex tribu uero Gad, Ramoth in Gilghad, & Mahanaim, & Hesbon, & Iaser: atque de tribu Reuben, ultra Iordanem etiam Bosor in vasto campo, cui Misor nomen à planitie factum est; & Iaser, & Iethsoon, & Mephaath. Harum omnium summa, octo & quadraginta cum suburbanis suis per familias, ut explicuimus, distributarum.

Præsidiales autem vrbes, iis qui per imprudentiam, vel repentinum animi motum, doloque carentem rixam, vel contentionem simultatis expertem homicidium admisisse, constitutæ sunt: Cedès in termino montis Nephthali, & Sichem in monte Ephraim, & Hebron in monte Iuda: & ultra Iordanem apud duas & dimidiam tribus Bosor, in tribu Reuben in campo illo Misor dicto, & Ramoth in Galaad de tribu Gad, & Gaulon in Bassan, quæ ad dimidiæ tribus Manasses partem pertinebat.


FINIS.





*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

FINIS



TABULA GLOBI MUNDI  
 DICTE IN TABULA GLOBI MUNDI  
 HIC ACQUILISSIMA ET AD SACRAS  
 HISTORIAS WITELI LINDAS OPERA  
 T. VISS. CVM VICTORIS MENTUM  
 ADSCRIBITUR TABULA ET REX  
 SIMO MANSONUM CVM SIV  
 A PARTI MONTIUM ET A BENE  
 LIA MONTIUM



TERRÆ ISRAEL OMNIS ANTE CANAAN  
 DICTÆ IN TRIBVS VNDECIM DISTRI-  
 BVTA ACCVRATISSIMA ET AD SACRAS  
 HISTORIAS INTELLIGENDAS OPPOR-  
 TVNISS. CVM VICINARVM GENTIVM  
 ADSRIPTIONE TABVLA ET EXACTIS-  
 SIMO MANSIONVM XLIII SITV.  
 Ad sacri apparatus instructionem A BENED.  
 ARIA MONTANO descripta.





**Desertus Aegypti**  
**Arabia Felix**  
**Arabia Solitudo**  
**Arabia Felicis Pars**  
**AEgypti Pars**

**Stations:** 1. Raameses, 2. Secoth, 3. Ethan, 4. Phihahiroth, 5. Migdol, 6. Elim, 7. Midebar sin, 8. Pharan, 9. Sinai, 10. Raphidin, 11. Jethatha, 12. Haseeroth, 13. Hored, 14. Remonphar, 15. Giddad, 16. Leba, 17. Maon, 18. Zehelatha, 19. Mos Sepher, 20. Harada, 21. Mons Hor, 22. Thanaath, 23. Thars, 24. Mackeloth, 25. Mathkah, 26. Hasmona, 27. Moseroth, 28. Benelachan, 29. Giddad, 30. Jethatha, 31. Raphidin, 32. Hebrona, 33. Asugaber, 34. Enns spat, 35. Mons Hor, 36. Salmons, 37. Phino.

**Other Labels:** Baghalimon, Masariy, Themna, Zalanis, Rahabeni, Ablibeni, Abuchari, Arabia solitudo, Tharcom Montes, AMALEK, Zaghuan, Core, Sepho, Zapho, Ebal, Onam, Petra deserti, Sibon, Oboth, Mons Edom, Bofra, Salmona, Thanaath, Thars, Mackeloth, Mathkah, Hasmona, Moseroth, Benelachan, Giddad, Jethatha, Raphidin, Hebrona, Asugaber, Pharan, Midebar sin, Elim, Pharan, Baal Saphon, Phihahiroth, Migdol, Ethan, Secoth, Thamin regia, Raameses, Gerar, Hedena, Sama, Sana, Efron, lagor, A ar, Pharan Mons, Remonphar, Giddad, Leba, Maon, Zehelatha, Mos Sepher, Harada, Mons Hor, Thanaath, Thars, Mackeloth, Mathkah, Hasmona, Moseroth, Benelachan, Giddad, Jethatha, Raphidin, Hebrona, Asugaber, Pharan, Midebar sin, Elim, Pharan, Baal Saphon, Phihahiroth, Migdol, Ethan, Secoth, Thamin regia, Raameses.

